

CONSTITVTIONES COLLEGII MAIORIS SANCTÆ MARIÆ DE IESV, STVDII GENERALIS, ET VNIVERSItatis Hiſpalenſis editæ authoritate Apoſtolica ab Illuſtriſsimo, & Reverendiſsimo D.D. Roderico Fernandez à Sancta Ella, Artium, & ſacræ Theologiæ Magiſtro, ſedis Apoſtolicæ Prothonotario, in alma Eccleſia Hiſpalenſi Canonico Magiſtrali, & Archidiacono de Reina, Catholicorum Regum Ferdinandi, & Eliſabet, Confeſſore, Regni Siciliæ Viſitatore, & Ceſar Auguſtanæ Eccleſiæ Archiepiſcopo electo, præfati Collegij Fundatore.



OMNIA IVSSV RECTORIS, ET CONSILIARIORVM ultimo excuſſa. Año de 1636.




OANNES GVNDISALVI, PRIOR MONASTERII Sancti Iacobi de spata, Hispalensis, Iudex Apostolicus, conservator Collegij Sanctæ Mariæ de IESV, in hac nobilissima, ac fidelissima civitate Hispalensi, per Reverendum bonæ memoriæ dominum, dominum magistrum Rodericum à Sancta Ella, artium, & sacræ Theologiæ magistrum, sedis Apostolicæ Prothonotarium, Archidiaconum de Reina, & Canonicum in alma Ecclesia Hispalensi, fundati; virtute sub insertarum literarum Apostolicarum, nobis cum quibusdam alijs nostris in hac parte Collegis, per fœlicis recordationis Iulium Papam secūdum directarum: Vniversis, & singulis præsentes literas, sive præsens publicum transumpti instrumentum inspecturis, lecturis, visuris pariter, & audituris, salutem in domino, & præsenti bus fidem indubiam adhibere. Noveritis quod nos ad Reverendi domini Ferdinandi Ruiz de Hojeda, præfatæ sanctæ Ecclesiæ Hispalensis portionarij, dictique Collegij administratoris, ac ipsius fundatoris testamētarij seu suorum testamentorum executoris, instantiam, & requisitionē, omnes & singulos sua communiter, & divisim inter esse putantes eorūque procuratores (si qui tunc erant in dicta civitate Hispalensi pro eisdem) ad videndum, & audiendum quasdam literas Apostolicas originales, fœlicis racordationis Iulij Papæ secūdi eius vera bulla plumbea, unā videlicet gratiosam in filis sericeis rubei croceique colorum: alteram verò executoriam, in cordula canapis more Romanæ curiæ impendentes Bullatas, nec non quasdam constitutiones seu statuta dicti Collegij, ac quedam testamenta; unum videlicet verbis Latinis scriptum, alterum veró vulgaribus dictatum, manuque ipsius fundatoris scriptas seu scripta, ac dicta testamenta subscripta, & per notarios publicos Apostolicos signata, & in publicam formam redacta, produci & recipi, & postquam productæ forent ad videndum & audiendum ipsas & ipsa transumi, exēplari collationari, publicari, & in publicam formam redigi mandari, authoritatemque, & decretum nostrum per nos interponi, vel dicendum & causam, si quam haberent rationabilem, quare præmissa fieri non deberent, allegandum. Per nostras patentes literas, nostro ac infrascripti notarij nominibus sub scriptas, nostroque sigillo munitas, ad valuas seu portas præfatæ sanctæ Ecclesiæ Hispalensis, dictique Collegij affigendas, per edictum publicum, per publicum notarium debitæ executioni demandari: citari fecimus & mandavimus, ad certum peremptorium terminum competētem, videlicet ad diem & horam infrascriptos. Quibus advenientibus, comparuit in iudicio legitime coram nobis dictus Reverendus dominus Ferdinandus Ruiz de Hojeda, portionarius præfatus

ad

administrator dicti Collegij,& eius nomine, & dictas literas citatorias in dicta audientia demandato nostro executas, prout de earumdem literarum executione, per publicum instrumentum legitima nobis extitit facta fides, facto representavit. Quarum quidem literarum devulgari interpretatarum & traductarum, talis in sententia tenor omnino est. Ioannes Gundisalvi, Prior monasterij Sancti Iacobi despata Hispalensis, Iudex Apostolicus, conservator Collegij Sanctæ Mariæ de IESV, in hac nobilissima, ac fidelissima civitate Hispalensi, per Reverendum bonæ memoriæ dominum dominum Magistrum Rodericum á Sancta Ella, Artium, & sacræ Theologiæ Magistrum, sedis Apostolicę Prothonotarium, Archidiaconum de Reina, & Canonicum in Sancta Ecclesia Hispalensi fundati, vigore quarumdam literarum Apostolicarum, nobis cum quibusdam alijs nostris in hac parte Collegis, per fœlicis recordationis Iulium Pappam secundum directarum citamus, & per præsens publicum edictum valuis seu portis almæ Ecclesiæ Hispalēsis, ac Collegij Sanctæ Mariæ de IESV istius civitatis Hispalensis, per publicum notarium affigendum, citari mandamus omnes, & singulos sua communiter, vel divisim interesse putantes, eorumque procuratores (si qui sunt in præsenti civitate Hispalensi, pro eisdem) quatenus infra sex dierum spatium, post affixionem præsentium nostrarum literarum, cōpareant coram nobis legitimè in iudicio: in monasterio nostro præfaro, hora vesperorum, ad videndum, & audiendum quasdam lireras Apostolicas originales, fœlicis recordationis Iulij Pappæ secūdi, eius vera bulla plumbea, unam videlicet gratiosam unionis & annexionis quorundam beneficiorum Ecclesiasticorum dicto Collegio, nec nō privilegiorum, immunitatum, libertatum, exemptionum & aliarum gratiarum, per dictum dominum Iulium Pappam secundum concessarum, filis sericeis, rubei croceique colorum: alteram verò executoriā, cordula canapis more Romanæ curiæ impendente bullatas: nec non quasdam cōstitutiones, seu statuta dicti Collegij, per præfatum dominum fundatorem conditas, seu condita, manuque propria scriptas, seu scripta, ac quædam publica testamenta, seu ultimas voluntates ipsius fundatoris: unum videlicet verbis latinis scriptum, alterum verò vulgariter dictatum, & per notarios publicos signata manuque propria subscripta ipsius testatoris. Corā nobis per Reverendum dominum Ferdinandum Ruiz de Hojeda, Sanctæ Ecclesiæ Hispalensis pornonarium, dictique Collegij administratorem, ac ipsius fundatoris testamentarium, seu suorum testamērorum, ultimarumque voluntatum executorem, produci, & recipi, & postquam producta fuerint, ad videndum, & audiendum ipsas transumi, exemplari, collationari,

tionari,consultari,publicari,& in publicam trasumpti formam reddigi mandari, Authoritatemque & decretum nostrum per nos interponi, vel dicendum & causam, si quam habeant rationabilem, quare premissa minime fieri debeant, allegandum. Alioquist dictorum citatorum contumatia, seu absentia in aliquo non obstante, ad praemissa omnia & singula, prout iuris fuerit, & rationis, instante dicto domino portionario, & administratore procedemus. Datis & actis in dicto monasterio nostro, ultima die Decembris. Anno à Nativitate Domini. Millesimo, quingentesimo decimo octavo, Ioannes, Prior Sancti Iacobi, Hispalensis. Demandato dicti domini Prioris, Iudicis Apostolici Rodericus de Montiel Apostolicus Notarius. Citatorumque in eisdem literis contentorum, non comparentium, contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam, praefatas literas Apostolicas, ac constitutiones, seu statuta testamentaque praedicta, sub tenore infrascripto exibuit, atque dedit. Quas & quae transumi, exemplari, auscultari, publicari, & in publicam formam reddigi mandari, authoritatemque & decretum nostrum interponi per nos, instanter postulavit. Nos tunc Prior, ad Iudex Apostolicus, conservator praefatus, dictos citatos non comparentes, reputavimus, non immerito, prout erant, quo ad actum, & terminum huiusmodi, id suadente iustitia, contumaces: & in eorum contumaciam, supradictas literas Apostolicas, ac constitutiones, seu statuta praedicta, nec non testamenta, ad manus nostras recepimus, vidimus, legimus tenuimus, palpavimus, & diligenter inspeximus, dictasque literas Apostolicas sanas, integras, & illesas, ac omni prorsus vitio & suspitione carere, ac constitutiones, seu statuta praedicta, licet cum additionibus, & aliquibus emendationibus in marginibus, & alijs earūdem partibus, manu tamen dicti domini fundatoris praefati Collegij, scripta, seu scriptas & dicta testamenta, seu ultimas volūtates, etiam manu propria sub scripta, & per notarios publicos Apostolicos, & autēticos signata, prout plenarie ex informatione, & depositione testium fidedignorum, medio iuramento per nos ab eisdem solemniter recepto, esse reperimus. Ipsasque literas Apostolicas, ac constitutiones, seu statuta, ac testamenta praedicta, ad dicti domini Ferdinandi Ruiz de Hojeda portionarij, &, dicti Collegij administratoris instantiam ulteriorem, per notarium publicum infrascriptum transumi, exemplari, auscultari, collationari, publicari, & in publicam transumpti formam reddigi fecimus, & mandavimus. Volentes, & decernentes, quod praesenti nostro transumpto, publico de cetero ubique locorum, in iuditio, & extra fietur

 illique

illique detur & exhibeatur talis, & tanta fides, qualis & quanta dictis originalibus literis Apostolicis, ac constitutionibus, statutis, & testamentis prædictis daretur, & adhiberetur, daturque & adhibitur; si in iudicium exhibitæ fuissent, vel ostensæ. Huiusmodi verò constitutionum, seu statutorum, ac literarum Apostolicarum, nec non testamentorum, huiusmodi tenor de verbo ad verbum unus post alium sequitur, & est talis.



PROOEMIVM.



ODERICVS FERDINANDVS a Sancta Ella, Artium, & sacræ Theologiæ Magister, sedis Apostolicæ prothonotarius, sanctæ Hispalensis Ecclesiæ Canonicus, & Archidiaconus de Reina, atque ad infrascripta Commissarius, seu delegatus Apostolicus. Vniversis Rectori, & Consiliarijs, ac Collegialibus, & Capellanis, ceterisque Familiaribus Collegij, Sanctæ Mariæ de Iesu, in nobilissima, ac fidelissima vrbe Hispali fundati, tam præsentibus, quam futuris, & alijs quibuscumque, quos infrascripta statuta tangunt, vel quomodolibet tangere poterūt in futurum. salutem, & nostrorum, imò verius Apostolicorum obedientiam mandatorum.

Si quis fratres ac filij in Christo charissimi, sæpe animo volverit illam domini sententiam, qua seruum pigrū deservata sibi pecunia, quā ad erogādum susceperat, durius increpavit dicens: tu dedisses pecuniam meam, & ego veniens cum vsuris exegissem illam: haud surdus auditor, extiterit, collata sibi diuinitus munera non humi suffosa, aut suis duntaxat vsibus reservata recondet. Quinimo suis proximis prærrogando, & copiosis abūdabit lucris, & securius ea possidebit, implebitq; illud, quod sapiens ait: vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo. Nā quemadmodū pulchra arbor pomisq; referta, nō infructuose dum viuit terrā occupat, cum & perse ipsa pomis ornatur. & capientium ex ea fructum vsui, vtilitatiq; conducit, sic Christi seruos facere quam maximè decet. Ad quam rem nos excitat Spiritus sanctus, per Ioannem in Apocalipsi dicēs: sponsus & sponsa dicunt veni, & qui audit dicat veni. Et diuus Apostolus bonorum omniū magister: cū dicit quoniā in hoc ipso Christus mortuus est, vt ij qui viuunt, iam non sibi viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Et alibi, nō quæ sua sunt singuli cōsiderantes; sed quæ aliorum. Et iterū, nemo quod suū est quærat, sed quod alterius. Et paulo post; nō quærēs quod mihi vtile est, sed quod multis. Vnde singulares infirmitates, vt promptius eis subveniret, sentiebat, cum inquit. Quis infirmatur & ego nō infirmor. Hæc igitur omnia versantes animo, cernentesq; quomodo in omnibus ferè parabolis ille carpitur, qui pecunia sibi diuinitus data nō probè est vsus, nan nec virgines fatuæ à Domino repelluntur quòd aliena rapuerunt: sed quod sua nō erogauerunt, nec qui talentū suffodit, aliena

inuasit:

inuasit: sed ideo punitur, quia rem sibi negotij, ac profectus gratia cõmissam non auxit. Nec qui esurientem præterierunt, propter alienorum rapinam in æternum cruciantur: verum quia sua quemadmodum debuerunt non seminauerunt. Deniq; cogitantes quod beatus pronunciatur à Domino, qui intelligit super egenũ, & pauperẽ. Et illud animo repetentes, thesaurizate vobis thesauros in cœlo: vbi nec erugo nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Siquidem reconditæ vestes corrumpuntur, aurum erugine corroditur: frumenta Marcescunt. Quid plura? Cor possidẽtis hæc, atq; seruãtis, maioribus in dies curis quã erugine decoloratur, atq; tabescit. Christi brachio & clementia nixi, quãdoquidem supra vires nostras opus erat, cibum qui non perit operari, & thesaurum verũ cœlo condere, ac de paruis magna, de vilibus præciosa, de caducis æterna facere, pia & humili fiducia tentauimus. Verum quoniam inter calamitates humanas ignorantiæ egestas non minima iactura est, ac proinde elemosina quæ ab ea liberat: fit cœteris vtilior atq; præclarior. Rursum, vt vbi nostræ ac prouintiæ matri, gratiam refferremus, huic pro virili nostra, de paupertaticula nobis è cœlo credita subvenire studuimus, instituẽtes Collegium istud, quo pauperes Clerici piè exciperentur, alimentarentur, & in bonitate, ac disciplina, & scientia instituerentur & proficerent. Totumq; hoc ad gloriam laudemq; Christi Iesu, qui mihi omnium infirmiori, ac nouissimo id posse tribuit, formicãq; inualidam imitari iussit. Nec non diuæ genitricis eius Mariæ Virginis, quorum titulis, & domus & capella sunt insignita. Clericorum etiam pauperum comilitonum nostrorum vtilitatem, qui ob angustiam rei familiaris, haud facilè emergere possint, nisi tali præsidio freti: quemadmodũ nobis in Collegio Hispaniẽsi Bononiæ, per immortalis memoriæ Egidiũ de Albornoz Cardinalẽ Sabinensem fundato contigit. Cui nimirum, propitio, & authore deo, filialis imitationis vicem, cũ vsuris in eodẽ comertij genere referimus. Memores sapiẽtis sentẽtiæ apud Ecclesiasticum dicentis: intellige quæ sunt proximi tui ex te ipso. Verũ enim vero quoniã minime ignoramus, nihil in humanis, nisi præsidio Dei munitum, & sanctarum legum vallo, ac obseruatione roboratum, diu posse subsistere. Non minus virtutis, ac pacis, sine quibus literarum negotium minime constat, quam edificij, ac dotis opulentæ rationem habentes: vt ordine recto vota nostra suum sortirentur effectum, Apostolicã sedem consuluimus, & auxilium eius implorantes obtinuimus ab ea necessarias facultates: vt videre licet per Apostolicas literas, quas in archiuis Collegij recondi, & conseruari iussimus. Quarum authoritate suffulti instituta ista, quibus appetitus noxius sub legis regula arceatur, Collegiũ

illud

istud honestè viuat: nemo in eo alterutrum lædat: in pace quæ literarũ pia mater ac bonæ conscientiæ nutrix est, assidue degat. Condidimus, digessimus & ordinamus, & tam præsentibus, quam futuris in Collegio isto perpetuo cõmorantibus, inuiolabiliter obseruari Apostolica authoritate, qua in hac parte fungimur, decernimus, ac districte mandamus. Suscipiat igitur ea, amãtissimi in Christo fratres, ac filij comilitonesq; mei pro affectu charitas vestra, eisq; dum istic degentis ad bene beateq; viuendum, & in sanctis moribus ac literis proficiendum, vigilanter vtatur. Quæ res si vti optamus, & speramus in Domino, prospere succedat: haud dubie faciet, vt & nos laboris nostri, vosq; sanctorum studiorum vestrorum vna apud immortalem Iesum æternæ vitæ præciosissimum consequamur præmium. Quod vobis, & mihi præstare dignetur Christus Iesus, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit, & regnat per infinita seculorum secula. Amen. Dominus vobiscum.

CONSTITVTIO I.

Quod domus prædicta, Collegium Sanctæ Mariæ de Iesu, & Capella in ea constructa. Sancta Maria de Iesu nominetur.



IN PRIMIS statuimus, & ordinamus, quod prædicta domus, quæ Hispali vrbe nobilissima, ac fidelissima prope portam Xiritij sita est, Collegium Sanctæ Mariæ de Iesu, & Capella in ea constructa Sancta Maria de Iesu nominentur: quia ob Iesu, & gloriosissimæ virginis Mariæ genitricis eius amorem, & reuerentiam est condita.

CONSTITVTIO II.

Quot esse debent Collegiales, & Capellani, & alij ministri domus, & quod sit eis vnum caput. Qui Rector vocetur, & quod qui de corpore Collegij fuerint omnino sint Clerici: & quot Theologi quotve Canonistæ esse debent, & quod ad vnam harum scientiarum semel admissus, ad aliam nullatenus se possit transferre.

ITEM ordinamus, & statuimus, quod dictum Collegium constet ex quindecim studentibus, scilicet, vndecim Collegialibus, & quatuor Capellanis. Verum, quoniam iuxta sapientis sententiam, vbi non est gubernator corruet populus. Et communitas sine Rectore est tanquam nauis sine gubernatore, quæ cito it pessum. Volumus quod ex his quindecim. Vnum caput, qui Rector Collegij nuncupetur alijs præsit. Habeatq; Collegium vnũ œconomũ seu maiordomum, & vnũ dispensatorem, coquũq; vnum, & subcoquum. Ac tres famulos ad cõmune seruitium Collegij deputatos. Quorũ vnus ianitor existat. Et sic erunt omnes numero viginti duo. Quorum quindecim cõstituẽt corpus Collegij: œconomo, dispẽsatore, & coquo, & subcoquo ac trib^s famulis exclusis. Proinde volumus & districte præcipimus, quod tam Rector quam alij decem qui cum Capellanis corp^s Collegij facient, omnes sint Clerici ordinis Sancti Petri, & saltẽ primæ tonsuræ. Nam mere laicum solutum, aut desponsatum, aut vxoratum & religiosum cuiuscunq; ordinis, vel habitus, aut professionis etiam militaris existat, ad hoc Collegium nullatenus admitti volumus.

Ordinamus præterea, & volumus quod ex dictis quindecim decem necessario indulgeãt Theologiæ, & quinq; iuri Canonico, adijciẽtes quod tam Collegialis quã Capellanus ad alteram dictarum scientiarũ semel admissus, ad aliam nullo pacto se possit transferre, qualicunq; etiam dispensatione munitus, quod si quod absit aliquis contrafecerit, ipso facto sit omni iure, quod ad Collegiũ habuerit priuatus, ac Rector & cõsiliarij cum toto Collegio sub pœna periurij die eadem, qua notorietate facti constiterit, eum à Collegio expellant.

CONSTITVTIO III.

De iuramento præstando ante electiones, ad euitandum subornationes.

CAETERVM, quia experientia docente, didicimus: quod maxime in hac Hispalensi ciuitate, vbi per importunitatem tam dominorum, quam dominarum, quam etiam beneficiatorum huius sanctæ Ecclesiæ, & aliorum ciuium, sæpe numero iudicium subuertitur: & eligendorum merita falluntur, ac præcibus, & fauoribus (ne dicam) precio, cuncta iusta, & honesta, quam maxime perturbantur: volentes eiusmodi veneno (ne Collegij corpus inficiat, & corrumpat) salubri antidoto subuenire: statuimus, & ordinamus,

mus, quod si compertum fuerit, quempiam pro aliquo eligendo in Rectorem, vel Capellanum, vel Collegialem, vel Lectorem, directè, vel indirectè, secretè, vel publicè aliquem de electoribus rogare, vel quocunq; quæsito colore, vel precio eum subornare, vel corrumpere ut ei faveat, aut præstet votum suum: cuiuscuq; dignitatis, status, aut conditionis sit: ipse rogans pœnam excõmunicationis maioris ipsofacto incurrat: à qua nisi per summum Pontificem, vel per habenrem ab eo sufficientem facultatem, minimè posit absolvi: vel etiam si ipse eligendus pro se ipso aliquem de electoribus rogaverit: constito per duos, vel tres legitimos testes iuratos, & examinatos de veritate, ultra pœnam dictæ excomunicationis maioris, quam ipsofacto incurrat, sit ipsofacto inhabilis, id est, pro illa vice non posit eligi. Et si post electionem, & admissionem ad Collegium, etiam quocũq; intervallo transacto, tale nefas cõmisisse in suo ingressu constiterit: ultra pœnam perjurij, & excõmunicationis quã incurrat: de Collegio protinus expellatur: & tã in foro conscientiæ quam in contentioso, teneatur restituere Collegio impensas, quas ante expulsionem ei rapuit.

Et ut hæc adeo necessaria dispositio districtius observetur: Præcipimus, quòd electus, antequã admittatur ad Collegiũ, iuret in manib' Rectoris præsentibus consiliarijs: quòd per se, nec per alium, directè, aut indirectè, occultè, vel publicè neminem subornabit: aut prece, vel precio, vel aliqua spe, seu utilitate, aut gratia corrupit. Proinde, ut hæc sanius, & cõmodius petagi posint: districtè etiã præcipimus, quòd quilibet electorum iuret: quod in electionibus tractandis, vel exequendis, quempiam alium electorẽ per se, vel aliũ precio, aut prece, aut quavis subornationẽ verbali, aut in scriptis nõ sobornabit, aut pro aliquo quovis modo rogabit. Neq; ei, qui per se, vel alium rogavit, votũ suum præstabit: nec alicui ex se opponentibus, aut alij pro eo votũ suũ pollicebitur, aut promittet: vel ante celebratam electionem revelabit. Quod si quispiam electorum huic nostræ constitutioni contravenerit: ultra sententiã excõmunicationis, quã (sicut prædicti rogantes, & eligendi) ipsofacto incurrat, tota portione Collegij, cũ vestibus & insignis, necnõ & distributionibus per unũ integrum annum privatus existat: ita ut deinceps ab hora qua peccaverit, in toto sequenti anno quicquid ex ipso Collegio, vel præbenda perceperit, ei restituere teneatur. Er insuper volumus hanc nostrã constitutionem obligare in foro conscientiæ: & ut in principio eius tactum est, ad electionem, tam Rectoris, quàm capellanorum, & collegialium, ac lectorum extendi. Cæterum, ne ignorantiam huius constitutionis, in qua momentum, & vita Collegij haud dubie consistit: quispiam prætendat.

Man-

Mandamus quòd conscribatur in quadã tabella, & in Ecclesia Colegij, in loco quo ab omnibus legi posit, parieti inserta perpetuo maneat.

Constitvtio IV.

De electione Rectoris, & quanto tempore durare debeat.

RECTOREM verò omnes de corpore Collegij in Kalendis Ianuarij eligant: qui eligendus necessario clericus, saltem primæ tonsuræ, sit: quia solis clericis hoc Collegium (divino favente præsidio) paramus: & laicos, secundum iura, manet necessitas obsequendi clericis, non authoritas imperandi. Provideant autem electores, ut virum eligant timentem Deum, ætate maturum, scilicet, qui vigesimum quintum annum attigerit, moribus probatum, prudentem in agendis, dexterum in rei familiaris gubernatione, providum in administratione, sicut præsidentem decet, solicitum. Vt quemadmodum cæteros loco, & honore, præcedit, sic etiam virtutibus antecellat. Hic vero de corpore Collegij esse debeat. Modus autem eligendi Rectorem talis erit. Omnes dicti electores convenient die supradicta, hora prima, quæ interpellet pro homine, in capella dicti Collegij, & clausis omnibus ianuis Collegij & Ecclesiæ & celebrata Missa de Spiritu Sancto, per alterum capellanorum, præsidens electioni. s. antiquus Rector, accipiat Missale in manibus: & faciat, quòd singuli de Collegio, qui votum in electione habebunt, positis in Missali aperto manibus, iurent per Deum & sacra Dei Evangelia, quod solum Deum ante oculos habentes, nec amore, aut odio, neq; timore, aut propria utilitate, seu prece, vel precio, vel alia quacumq; sinistra affectione, à recto Dei tramitte deviantes, eum in Rectorem eligent: quem sciverint, aut crediderint, fore meliorem, & Collegio utiliorem, atq; statutorum Collegij observantiorem. Sub inde teneat præsidens ante se in quadam carta conscripta nomina omnium de Collegio, qui dictam ætatem viginti quinq; annorum attigerint: tam collegialium, quam capellanorum, & quilibet elector, scilicet, decimum octauum annum natus, per suam cedulam eligat quatuor: quæ cedulæ omnes includantur in capsa balotarum, & inde extrahatur, & legatur una cedula per illum capellanum, qui Missam celebravit: & præsidens ponat puncta seriatim post nomina descripta cuicumq, nominato in cedula, & sic fiat de alijs cedulis, quoad usque nulla remaneat. Quibus cedulis sic finitis, legantur puncta cuiuslibet, & illi quatuor, qui plura ha

buerint

buerint puncta, habeantur electi: quorum nomina iterum bina, ac bina separentur,& conscribantur,& balotentur hoc pacto, scilicet,quòd Rector declarabit nominatim duos, pro quibus mittentur balotæ albæ, & alios duos pro quibus nigræ, quibus secreto missis in capsam, quam dictus capellanus tenebit in manibus, postea extrahentur, & numerabuntur in omnium præsentia: & illi bini, qui plures habuerint balotas, habeantur electi, alijs duobus exclusis. Propria nomina horum duorum singulatim scribantur in duabus paruulis cedulis, quæ rursus mittantur in foraminibus duarum balotarum: quæ denuo includantur in capsam, & inibi pluries agitentur, & in præsentia omnium extrahatur una balota per puerum quadriénem,& ille cuius nomen fuerit inclusum, habeatur, ac sit Rector:& ut talis necessario à Presidente declaretur. Qui eadem hora omni excusatione, & colore postpositis sub pœna privationis omnis iuris, quod in Collegio habet, quam ipsofacto incurrat, consentire, & acceptare teneatur: qui durare debeat per integrum biennium. *Reformatũ statuto 1. D Navarri tantũ circa per unum annum offi ciũ Rectoris durat.*

CAPITVLVM VLTIMVM DE Sortilegijs non obstat, illis verbis.



SORTIS usum in electionibus perpetua prohibitione damnantes: Nam intellige hanc sententiam decretalis cum multis alijs decretis, in electionibus ecclesiasticis: quæ Spiritus sancti inspiratione fieri debent, & in rebus spiritualibus, non in nostris electionibus, quæ ad sortem divisoriam pertinent. Vt patet per sanctum Thomam secunda secundæ. q. nonagesima quinta, articulo octavo. Quæ licita est secundum omnes, nec prohibita dicto, nec alio Canone.

Item volumus, quòd etiã absens possit prædictõ modo eligi: & si fuerit pro negotijs Collegij missus: post electionem eius prædicto modo celebratã, eligatur pro eo unus vice Rector per cedulas, & spectetur donec veniat. Si vero pro negotijs suis, vel suorum, expectetur per bimestre: & si non venerit, eligatur alius & idẽ censemus de consiliario: & ne Rector, propter curas multas, quas in officio sustinebit, nimium forte gravetur: volumus, quòd possit aliqua de expediendis cõmittere alijs de Collegio, tam capellanis, quam collegialibus, qui etiam teneantur ei in his, quem admodum in cęteris, obedire; proviso, quòd completo uno biennio per aliquem Rectorem, non possit eligi denuo, nisi transacto alio biennio. Si tamen aliquod biennium interpollatum fuerit, possit reeligi modo supradicto pro illa vice, sicut alij.

CONS-

CONSTITVTIO V.

De juramento Rectoris, & obedientia ei præstanda, & de consignandis camera clavibus Collegij, & cæteris.

CVM primum autem Rector fuerit electus, iurabit in manibus præsidentis in electione, s. Rectoris antiqui, tactis sanctis Evangelijs, sub hac forma. EGO N. RECTOR Collegij sanctæ Mariæ de Iesu, iuro per Deum omnipotentem, & gloriosam eius genitricem virginem Mariam, & sanctos Apostolos Petrum & Paulum, quòd statuta dicti Collegij bona fide, iuxta possibilitatem meam, inviolabiliter observabo, & in quantum in me fuerit, ab alijs observari curabo, & alia his statutis contraria, vel derogatoria, aut ab intentione harum aliena, non solum non procurabo: sed si (quod absit) sen sero per aliquem procurari, reclamabo, & pro virili mea impediam, ac resistam, nec eis unquam consentiam, etiam importune requisitus, & quamdiu vixero revelabo, quanto citius, ac melius, commode potero, bona fide Rectori, & consiliarijs futuris, omnia, quæ scivero notabiliter Collegio fore nociva, posthabitis amicitia, odio, consanguinitate, affinitate, gratia, vel favore, cuiuscunq;, quem id negotium tangere poterit: & nunquam contra Collegium ero: nisi proprium ius prosequens: commissumq; mihi officium, & administrationem, omni odio, precibus, precio, & amore postpositis: atq; omni fraude, ac dolo, exclusis, fideliter exercebo: jura, & libertates Collegij, quantum possibile mihi fuerit, deffendam, bonaq; ipsius fideliter conservabo, omnes introitus, & exitus, ac proventus, impensasq; dictæ domus, diligenter, ac veraciter describam, vel describi faciam ordinate. Et à Collegio minimè discedam, nisi ratione omnium expensarum, ac omnium bonorum Collegij, & meæ administrationis, prius reddita: vel consentiente Collegio, sufficiente cautione præstita. Ita me Deus adiuuet, & hæc sacra Dei Euangelia. Quo facto, omnes, & singuli de Collegio, scilicet, tam capellani, quã Collegiales, quam etiam lectores, & officiales, ac famuli, teneantur sub pœna privationis Collegij, novo Rectori præstare, tactis sanctis Dei Euangelijs, juramentum: quod sibi parebunt in licitis, & honestis. Quo præstito, primus locus, & camera, claves Collegij, omniaq; alia, quæ ad Rectorem spectant, incunctanter Rectori consignentur per antiquum Rectorem, & per illos, apud quos tunc temporis erunt.

CONS-

Constitvtio VI.

Quod antiquus Rector consignet novo Rectori omnia bona Collegij per inventarium coram novis consiliarijs,& tam Rector,quam consiliarij novi, eiusmodi consignationem subscribant.

PROINDE ordinamus, & præcipimus, quòd antiquus Rector infra tres dies à promotione novi Rectoris, teneatur ei consignare omnia bona Collegij conscripta per inventarium. Quod consignatum, acceptatum, & subscriptum, per novum Rectorem,& consiliarios,reponatur in capsa dicti Collegij perpetuo seruandum. Quòd si in dicto termino inventarium facere noluerint: moneantur ut sequenti triduo illud faciant. Si verò eo triduo facere contempserint: ipsofacto absq; ulla spe Collegio sint privati,quam privationem Collegiales sub pœna præstiti iuramenti exequi teneantur.

Constitvtio VII.

De electione consiliariorum.

PRAETEREA, quia iuxta sapientis sententiam, ubi multa consilia,multa salus.Ordinamus, & statuimus,quòd celebrata electione Rectoris, quàm primum ad electionem consiliariorum procedatur:hoc videlicet pacto. Præstito prius iuramento,de eligendo talem, qualis officio consulendi conducit. Omnes de corpore Collegij, qui decimum octavum annum attingerint, cum novo Rectore primò eligant per cedulas ex omnibus, qui vigesimum annum attingerint,sex:scilicet,quatuor Theologos,& duos Canonistas. Quæ cedulæ examinentur, & punctentur, modo expresso in statuto de electione Rectoris. Quibus sex iam electis, scribantur nomina Theologorum in quatuor cedulis,quæ includantur in quatuor balotis,& mittātur in capsam,& bene agitentur prius : ac inde per quadriénem puerum extrahantur duæ balote, & illi duo Theologi, quorum nomina in eis invenientur inclusa, sint ipsofacto pro illo biennio consiliarij.Et postea simili modo balotentur duo Canonistæ : & ille,cuius nomen per dictum puerum extractum fuerit in prima balota,habeatur pro illo biennio tertius consiliarius. Quorum trium consiliariorum,vel saltem duorum votis,

tis, Rector omnia quæ consultatione indigebunt expediet. Quòd si forte alio sequenti biennio, vel pluribus: quis eorum, aut omnes dicto ordine eligi contigerit: & eligi, & esse possint.

CONSTITVTIO VIII.

De juramento præstando per electos consiliarios.

POSTQVAM consiliarij prædicto modo electi fuerint, præstent juramentum in manibus novi Rectoris, tactis proprijs manibus sanctis Evangelijs, sub hac forma. Ego. N. Iuro per Deum omnipotentem, & gloriosam eius genitricem virginem Mariam, ac sanctos Apostolos Petrum & Paulum, & hæc sacra Dei Evangelia: quòd statuta huius Collegij bona fide, iuxta posibilitatem meam servabo, & ut ab alijs de Collegio serventur totis viribus studebo, ac officium mihi cōmissum, tam in consulendo, quàm in executione dictorum statutorum, cæterisq; negotijs, Dei servitium, & utilitatem, ac honorem Collegij concernentibus, omni odio, amore, precio, ac precibus cessantibus, fideliter exercebo: ita me Deus adiuuet, & hæc sacra Dei Evangelia.

CONSTITVTIO IX.

De electione capellanorum.

CAPELLANI autem in hac domo per Rectorem, & consiliarios, & Collegiales, qui vocem habuerint, secundum formam in electione Collegialium infra in constitutione assignandam, eligantur. Hi vero esse debeant de Regno Castellæ, largo sumpto vocabulo, ut infra dicetur. Ex Hispali autem urbe nemo recipi possit. Bætici tamen alijs, & diœcesani Hispalenses, alijs cæterarum diœcesum, paritate data præferantur. Qui sint honesti, ac Deum timentes, & laudabilis vitæ, ac bonæ conversationis, & famæ, necnon literarum cupidi. Ante eorum vero receptionem examinēt electores quàm diligentissime præteritam eorum vitam: & si de extra diœcesim fuerint, prudenter animadvertant, quòd (provt de iure tenentur) habeant à prælatis suis legitimas, & non suspectas literas testimoniales, & celebrandi licentiam. Nam contingit sæpe numero, quòd infamia, & alijs laqueis irretiti, à propria patria discedere coguntur, ibi vivere nequeuntes, & in remotis, ubi eorum crimina non sunt nota, divinis se im-

pu-

pudenter ingerunt, in suarum animarum prægrave periculum, & iacturam. Quos Capellanos, dum eorum officiũ in Collegio durat, volumus esse de corpore Collegij, & ad actus capitulares admitti, & votum eorũ, sicut & aliorum Collegialium, valere, & vitam, victum, vestitumq; cum cæteris habere cõmunem, inhibentes expresse, ne quis capellanorũ servitium habeat beneficij, vel capellaniæ extra Collegium: ne capellæ Collegij officium, & profectus in sciẽtia aliquatenus impediri possit. Permittimus tamẽ, quòd Capellanus possit accipere aliquas pithãtias pro Missis celebrandis in Collegio, illis dumtaxat diebus, quibus inibi celebrare non tenetur. Mandamus etiam, quòd nullus Collegialis possit habere aliquõd servitium alicuius beneficij, vel capellaniæ extra Collegiũ: possit tamen aliquas pithãtias, vel elemosinas pro dicendis Missis accipere, & eas in Collegio celebrare: vt suis necessitatibus melius consulat. Dum tamẽ de cera sibi provideat, ne Collegium gravetur. Quòd si quis dictorum capellanorum, aut Collegialium contrafecerit: de domo protinus expellatur, & loco eius alius idoneus subrogetur. Item, quia illi, qui literis indulgent, minus impediunt cæteros, & quietius, ac honestius, & purius viuunt: volumus, quòd sacerdotes in capellanos eligendi, sint studentes, si haberi poterunt. Et si forsitã ita cito non reperiatur idonei, per Rectorẽ & consiliarios provideatur (ita quòd capellaniæ nũquã suis Missis fraudentur) donec reperiantur idonei: inter quos idoneos, habiliores minus habilibus præferantur. Et de habilitate ad literas, & sufficientia, & moribus fiat examinatio: sicut de Collegialib' inferius disponetur. Qui sic recepti possint in servitio dictæ capellæ per octo annos, & nullo pacto per plures, sicut & cæteri Collegiales, permanere: si Rectori & consiliarijs videbuntur officium suum plenè, & solicitè adimplere, & vitæ honestatẽ, ac Collegij utilitatem, pacemq; minime perturbare: & in sciẽtia proficere: alias verò etiam intra octonarium, si suum officium non impleverint, aut seditiosi, discoli, scandalosi, inobedientes, inhonesti, inordinati, vel inutiles, vel incorregibiles fuerint: legitima habita informatione, á Rectore, & consiliarijs ex Collegio protinus expellantur: & loco ipsorũ alij subrogentur. Præterea volumus, & mandamus, quòd uni ex dictis capellanis, qui Rectori, ac consiliarijs aptior, & fidelior visus fuerit, calices, & paramenta omnia dictæ capellæ, vestimenta, pani, libri, aliaq; supellectilia, per Rectorem, & consiliarios debeant per authẽticum inventarium consignari: et ab eo capellano manu propria subscribi. Qui omnia sibi consignata debita cum diligentia custodire, et cum eis capellam apparare quando opus erit, teneatur, pro ut divinorum officiorũ ministeria peragenda exegerint, et ei pro dignitate solẽnium, vel feriatarum

dierum videbitur convenire: & Rector duxerit iniungendum: & in recessu suo per idem inventarium plenam de omnibus teneatur reddere rationem. Si verò post aliquot annos talis Capellanus se gravatum sentierit, & se exonerari petierit: arbitrio Rectoris, & consiliariorum alteri Capellano cōmittatur. Qui Capellani celebrabunt Missas, & alia divina officia, prout per hæc statuta infra plenius digeretur. Negligentiæ verò defectus, vel excessus, seu cōmissa, vel delicta dictorum Capellanorum, per Rectorem cum consiliarijs debite corrigantur. Nam sicut cæteros Collegiales, sic & Capellanos volumus ipsi Rectori in omnib' licitis, & honestis ad officium suum spectantibus, cum debita reverentia, & humilitate obedire: & sic vt uno pane, caliceq; participant, ita sub unis Cōstitutionibus, & obedientia vitam degere. De qua re teneantur Capellani in sua receptione sacramentum præstare.

CONSTITVTIO X.

De juramento præstando per Capellanos, antequam admittantur.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd postquam aliquis Capellanus secundū formā superius expresā, fuerit electus, antequā admittatur ad Collegiū, & ei camera consignetur, præstet iuramentū in manibus Rectoris corā consiliarijs, vel maiore parte eorum in hæc verba. Ego. N. presbiter N. civitatis, & diœcesis, electus Capellanus huius Collegij sanctę Mariæ de Iesu, ab hac hora in antea sub pœna periurij, fidelis, & obediens ero Rectori dicti Collegij, in omnibus licitis, & honestis, pro ut dicti Collegij statuta disponunt: honorem, & cōmoda, libertatē, & præeminentias Collegij, dum vixero, modò sint Rector, modò Consiliarius, vel Procurator, aut nuntius ad Romanā, vel Regiā curias, vel ad aliū quēvis locū (modò extra Collegiū degā) pro viribus procurabo, tuborq;. Constitutiones dicti Collegij editas, & edendas inviolabiliter observabo: & alias his contrarias, aut derogatorias, aut ab intentione harum alienas, non solum non procurabo, sed si (quod absit) sensero per aliquem procurari, reclamabo: & pro virili mea impediam, ac resistam: nec eis unquam consentiam, etiam requisitus: & quámdiu vixero, revelabo quāto citius, ac melius cōmode potero, bona fide Rectori, & consiliarijs omnia, quæ scivero notabiliter Collegio fore nociva: post habitis amicitia, odio, consanguinitate, affinitate, gratia, vel favore cuiuscūq;, quem id negotium tangere poterit: & numquam contra Collegium ero, nisi proprium ius prosequens: sic me Deus adiuvet, & eius pia genitrix virgo Maria, atq; hæc sacta Dei Evangelia. Amen.

Quod

Quod juramentum in cõmuni prothocollo cũ subscriptione juratis, ac trium consiliariorum signetur: & in arca Collegij ad perpetuam rei memoriam reponatur. Aliter autem quempiam Capellanum recipi inhibemus Rectori, & Consiliarijs sub pœna privationis provisionis unius anni.

CONSTITVTIO XI.

De ætate, & qualitate recipiendorum.

CIRCA ætatem verò recipiendorum Collegialium ordinamus, & statuimus, quòd nemo ad Collegium hoc excipi possit: qui sextum decimum suæ ætatis annum nõn impleverit, & idem sancimus de famulis ad servitium domus necessarijs.

Item inhibemus omninò, ac strictè prohibemus, ne duo consanguinitate infra quartum gradum inclusive constituti, ad Collegium simul admitti possint: adijcientes, quòd qui triénio antequã Collegio se opponat, fuit famulus alicuius dominorum beneficiatorũ huius sanctæ Ecclesiæ Hispalẽsis, nullatenus ad Collegiũ recipi possit: & si dolo, aut fraude, aut ignorãtia facti, vel quocumq; alio casu receptum fuisse contingat: cum primùm Rectori, & Consiliarijs legitimè constiterit: infra triduum de Collegio (nulla obstante exceptione) penitus expellatur: & nihilominus resarcire Collegio expensas, quas fecit, omnino cogatur.

Et idem sancimus de cõsanguineo cuiuscumq; beneficiati dictæ Ecclesiæ, usq; ad tertium gradum inclusivè. Si tamen postquàm quis iam fuerit in Collegio, quispiam de cognatione sua infra dictum gradum fuerit in sancta Ecclesia Hispalensi in beneficiatum receptus, nulla innovatio in consanguineo Collegiali ob id fiat.

CONSTITVTIO XII.

De paupertate recipiendorum.

CIRCA paupertatem verò Collegialium decernimus, quòd is pauper reputetur, qui in proprijs redditibus non habuerit ex bonis temporalibus, vel spiritualibus, aut ex utrisq; simul viginti ducatos annuatim. Si verò habuerit parentes, quorũ, vel alterius eorum sexcentorum ducatorum numerum facultates non excedant, etiam pauper reputetur. Inter pauperes autem pauperior cæteris paribus minus pauperi, aut orbatus utroq;, vel altero parentum, minus orbato præferatur. Et quia hoc statutum de paupertate, volumus

 quàm

quàm maxime observari(quia solum ad subsidium pauperum Collegiũ instituimus)mandamus,quod quicũq; recipiendus ad Collegium, ante quám admittatur, iuret se non habere in redditibus ex beneficio, aut ex patrimonio,aut simul ex utroq;,prædictam summam viginti ducatorũ, & parentes,vel alterum parentum non habere in facultatibus ultra summam sexcentorum ducatorum. Et si tempore,quo in Collegio extiterit Collegialis,creverint eius,vel parentũ,vel alterius eorum redditus,vel facultates ultra dictam summam. postquam ad suam notitiam de adepta possessione venerit certitudo, infra triduum Rectori, & Consiliarijs, alijsq; Collegialibus revelare teneatur:& infra duos menses cogatur Collegium exire. Quod si non fecerit, vel si inveniatur super paupertate falsum iurasse,incunctanter cõpellatur exire Collegium,& quæ dolose cõsumpsit, restituere.

CONSTITVTIO XIII.

Vnde esse debeant Collegiales eligendi.

CAETERVM ordinamus, & statuimus, quòd Collegiales eligendi ad hoc Collegium, ex Regnis Castellæ dumtaxat esse possint,largè intelligendo Castellam,vt scilicet,se extendit ad Regna Bethicæ, Castellæ, & Legionis. Volumus autẽ, quòd Bethici alijs regnicolis, & diocesani Hispalenses, præsertim Carmonenses, & Vtrerenses, usque ad numerum duorum pro singulo oppido cæteris paribus alijs præferantur: nam intentionis nostræ est,& ita præcipimus, quòd ex una civitate,oppido,aut loco,non nisi unus recipi possit: præterquã ex Carmona,quia natale solũ nostrum est,& ex Vtrera, quia inde ex Pontificali de Alocaz, & Gomez Cárdeña, non pauca recipimus subsidia,& continuò ea Collegium recipit, ex quorum singulo duos recipi posse decernimus: dum tamen invicem non sint consanguinei,& ad literas sint apti, et qualificati fuerint, prout hæc statuta disponunt:et ordo intrandi, qui in alijs est institutus, in eis etiam servetur. Ex Hispali verò, aut ex oppido, ab ea minus quinq; leucas distante, neminẽ admitti volumus: qua exceptione sine culpa, non tamẽ sine causa utimur: tùm quia tam Parisijs,quam Osomæ,et Tholosæ, ac Bononiæ, Senis etiam,et Perusiæ,ac Papiæ,et in nostris provincijs Salamanticæ,et Valleoleti,et rursus in alijs civitatibus,ubi Collegia sita sunt, cives suos ad Collegia non admittũt: tum,quia verisimile est,quòd in propria patria parentum,ac consanguineorum Subsidia ad victum,et vestitum necessaria nemini studioso deesse poterunt: tum præterea,quia in locis natalibus,

talibus, aut nimis propinquis, copiosior materia distractionis, & maior elationis, & contemptus Collegij, ac seminarium discordiæ, necnon visitationis activæ, & passivæ, quæ profectò novercæ literarū sunt, in promptu existunt.

CONSTITVTIO XIV.

In quibus debent esse instructi, qui recipiendi sunt ad Collegium: & dispensatur, quòd possint ad Theologiā recepti, artes liberales per trienniū audire.

Præterea, sicut supra in Constitutione de electione Collegialium institutum est, recipiendi ad Theologiam, debent saltem in Grāmatica, & Logica esse instructi: et qui ad sacros Canones in Grāmatica, et principijs Dyalecticæ: ita quòd à se bonū habeant fundamentum, quam rem lectionum periculo, ut ibi dispositū est, notam facient.

Verum quia Theologia sine Philosophia, & alijs artibus liberalibus perfectè haberi non potest, permittimus, quòd qui ad Theologiam fuerit admissus, si Philosophiam, aliasq; liberales artes ante ingressum non calluerit, per triennium eas possit audire, proviso quòd tertio anno unam lectionem de Theologia, quot diebus continuo audiat.

CONSTITVTIO XV.

Circa Constitutionem decimāquintam, [redacted] videndū tertiū statutū D. Navarri.

CONSTITVTIO XVI.

De forma electionis Collegialium, & famulorum ad servitium necessariorum.

Præterea, circa electionem Collegialium in primis statuimus, & ordinamus, quòd cùm primum præbendam vaccare contigerit, Rector cum consiliarijs infra triduum immediatè à die vaccationis teneantur ponere edictum in valvis Ecclesiæ maioris, quæ dicitur, DEL PERDON NUEVO, & in foribus Collegij, quo edicto fiat omnibus manifesta vaccatio præbendæ, & moneantur, qui se opponere voluerint, ut infra quadraginta dies, á die qua positum fuerit edictum, sistant se coram Recto-

re & consiliarijs examinandi secundùm formam paulò post describendam. Transactis autem quadraginta diebus expectationis, & oppositionis se volentium opponere: sequentibus decem diebus examinatio vitæ, morum, ac paupertatis, discretionis, & aliarum qualitatum necessariarum, & præsertim indolis, ac habilitatis, & docilitatis, ac affectus ad literas capescendas, & studium indefessum celebrabitur. Subinde leget quilibet se opponens ad præbendam Theologiæ unam lectionem in grammatica, & aliatū in dyalectica si minus instructus fuerit: sin verò instructior, in logica & philosophia; si verò provectior, legat in philosophia & theologia: & quantò in altiori facultate legerit, tantò cæteris paribus alios antecellat. Si verò præbenda iuris pontificij fuerit, & si volumus quòd calleat dyalecticæ rudimenta, sufficit tamen, quòd legat in grammatica, & si instructior fuerit in iure Canonico. Et prius arguant contra sic legentes sui cōpetitores, subinde Collegiales suæ facultatis, quod argumentationum & lectionum periculum pro examine in scientia reputetur. Quibus peractis die sequenti in manè conveniant Rector & Consiliarij, & Capellani, & alij Collegiales decimum octavum annum nati: & audita ab omnibus devotè Missa de Spiritu Sancto, clausa ianua domus & Ecclesiæ, sedeant omnes supradicti per suum ordinem in capella, vel in sacristia, & præstent super aperto Missali in manibus Capellani, qui Missam celebravit, sacramentum per Deum & gloriosam virginem Mariam, & sacra Dei Evangelia (quę suis corporalibus manibus contingent) & sanctos Apostolos Petrum & Paulum, quòd solū Deum & utilitatem ac honorem Collegij, & ipsarum partium iustitiā præ oculis habentes illum eligent, quem invenerint meliorem, scilicet, magis discretum, & docilem, ac literarum cupidum, & Bonæ vitæ, ac honestatis indolem præ se ferentem, necnon ad literas, & virtutem, & ad prędicationem (si ad Theologiam eligendus est) aptiorem, & secūdùm formā harum Constitutionum melius merentē sciverint, vel crediderint: & ne pretio, aut precibus, amore, vel odio, vel quacunq; alia sinistra affectione ducti à iustitiæ rectitudine declinabunt. Quibus peractis procedant ad electionem unius eorum, qui ut supra dictum est examinati fuerint hoc pacto. Si plures quàm quatuor fuerint, ex omnibus per cedulas eligantur quatuor, qui plura puncta habuerint modo in electione Rectoris supradicto: postea disponantur horum quatuor nomina bina, ac bina, & per balotas secretas eligantur duo, quorū duorū nomina postremò in parvis cedulis conscripta reponātur in balotarum foraminibus, & includantur in capsula balotarum, & agitentur sæpius, revolvanturq́;, & postea sit prœsto puer quadriēnis per alterum Capellanorū introductus, qui

Videndum statutum secundum D. Navarri

qui ex duabus extrahat vnam balotam:& ille ex duobus cuius nomē in cedula inclusum apparuerit, habeatur Collegialis. Si verò se opponentes fuerint solùm quatuor,disponantur bini ac bini,& duo ex eis per balotas secretas eligantur, ex quibus duob' vnus prædicto modo per puerum extrahatur. Si autem fuerint tres, eligātur duo eorum per cedulas, quorum duorum nomina includantur in duabus valotis,quarū vna extrahatur per puerum modo prædicto,& ille cuius nomen inclusum fuerit,habeatur Collegialis. Et similiter fiat, si fuerint duo. Sed si vnus per balotas secretas eligatur. Et sic electus quam primùm vocetur, juretq; in manibus Rectoris secundum formam paulopost describendam:quo juramento præstito, recipiatur ad complexum charitatis ab omnibus seriatim, & eadem die teneatur Rector consignare ei cameram lectis ternio, & alijs fulcimentis munitam. Quòd si ille vnus fuerit refutatus in electione,expectetur ab electoribus,donec idoneus inveniatur eligēdus modo supra dicto. Dispēsator verò & famuli ad cōmune servitium necessarij per Rectorem & Cōsiliarios in præsentia Capellanorum per balotas secretas eligantur. vide statuta 29. Navarro.

Constitutio XVII.
De juramento præstando per Collegiales, antequam admittantur.

PROINDE posteaquam Collegialis superiori modo fuerit electus,anteaquam admittatur ad Collegium,& ei camera consignetur,præstet juramentum in manibus Rectoris coram consiliarijs, & alijs electoribus, vel maiori parte eorum in hæc verba. Ego .N. Clericus civitatis .N. & diæcesis, electus Collegialis huius Collegij Sanctæ Mariæ de IESV, ab hac hora in antea sub pœna perjurij,fidelis & obediens ero Rectori dicti Collegij in omnibus licitis & honestis,prout dicti Collegij statuta disponunt: honorē & commoda,libertatem & præeminentias Collegij,dum vixero,modò sim Rector,modò consiliarius,vel procurator, aut nuntius ad Romanā, vel Regiam curias,vel ad alium quemvis locum (modò extra Collegiū degam)pro viribus curabo, tuebor q;. Constitutiones Collegij editas, & edendas inviolabiliter observabo : & alias his contrarias, vel derogatorias, aūt ab harum intentione alienas non solùm non procurabo, sed si(quod absit)cēsuero per aliquem procurari,reclamabo, & impediam, ac resistam pro virili mea.Nec eis consentiam vnquàm etiam importunè requisitus,rogatusq; atq; coactus,nisi coactione, quæ in constantem virum cadere possit.Et quamdiu vixero,revelabo, quanto citius,ac com

 modius

modius potero, bona fide Rectori, & consiliarijs omnia, quæ scivero, Collegio notabiliter esse, aut fore nociva, posthabitis amicitia, odio, consanguinitate, aut affinitate, gratia, vel favore cuiuscunq; , quem id negotium tangere posset. Et nunquam contra Collegium ero, nisi proprium ius prosequens. Et in clericali statu ordinis Sancti Petri, aut cuiusvis alterius approbatæ Religionis perpetuò permanebo. Ac laicalem, secularemq; statum, nunquam me accepturum promitto. Præterea iuro, me non habere summam viginti ducatorum in redditibus, tã beneficialibus, quàm temporalibus, annuatim. Sic me Deus adiuvet, & eius pia Dei genitrix virgo Maria, & hæc sacra Dei Evangelia. Amen. Quod iuramentum scribatur in communi protocolo. &c, sicut in juramento capellanorum institutum est.

CONSTITVTIO XVIII.

De electione, & officio œconomi, seu procuratoris, vel maiordomi, atque omnibus alijs ad ipsum spectantibus, & juramento per eum præstando.

Œconomum (quem maiordoum, vel procuratorem vocitant) Rector & consiliarij, ac capellani, & lectores de corpore Collegij per vota eligent. Cuius officium erit, recuperare omnes redditus Collegij, scilicet, tàm pecunias, quàm granum, vel oleum, & quæcunq; alia ad ipsum pertinentia.

Accipiet præterea œconomus pecunias á Rectore & consiliarijs supra dictis, qui claves capsæ pecuniarum dicti Collegij retinebunt: ipsasq, pecunias sic receptas, in expẽsis extraordinarijs, & provisionibus, ac reparationibus domorum; cæterisq statum dicti Collegij, ac personarum ipsius concernentibus, exponet secundum formam per hæc statuta sibi traditam. Et salaria ac debita omnibus creditoribus, tàm domesticis quàm extraneis, ipse solvet. Domorum locationem ipse se lici tabit: & cedulas in locis consuetis, vt palam fiat conductoribus, ponet: tempus locationis Rectori significabit. Qui totum Collegium ad certã diem & horam certius faciet, & cõveniet, ut ipsum Collegium propria authoritate, industria, & negotiatione talem locationem faciat secundũ morem, quem Sancta Hispalensis tenet Ecclesia. Cæteraq; omnia, tàm domi, quam extra, cum authoritate, scitu, & mandato Rectoris, & consiliariorum expediet: & procurabit quæ pro Collegij utilitate videri opor-

oportuna. Cui Rectori œconomũ obedire volumus in omnibus, quæ his statutis non contradicunt. Granum verò, aut res alias ad Collegium pertinentes, cùm primùm recuperauerit, Rectori consignabit. Pecunias præterea, quas idem œconomus pro dicto Collegio vndecunq; recipiet, ipsi Rectori præsentibus cõsiliarijs, vel ad minus duobus eorum, intra biduúm existẽs in ciuitate sub perjurij pœna integrè consignabit: nec possit de prædictis pecunijs, etiam in necessitates Collegij, vel denarium vnum conuertere, priús quàm in ipsius Rectoris manibus (vt dictum est) omnia integrè, & fideliter reponantur.

Qui Rector sub eàdem pœna periurij granum, & alias res, omnesq; pecunias pro dicto Collegio recuperatas, quas à prædicto œconomo, vel quocunq; alio recepent, eàdem in die in libro ad id deputato secũdũ formam in statuto traditam, scribere teneatur: & granum ac res alias quàm primùm in suis locis reponi iubeat. Pecunias verò infra viginti horas, vel si citius cõmodè poterit, in communi arca ad hoc specialiter deputata, in præsentia consiliariorum, vel ad minus duorum eorum, fideliter reponere teneatur. In qua quidem arca esse debeat vnus liber, in quo omnes pecuniæ, & alij introitus illius anni manu Rectoris, vel vnius ex consiliarijs, cui ipse Rector mandauerit, per ordinem in vna parte describantur: & in alia parte ipsius libri omnes exitus manu œconomi, vel aliorum ministrorum, qui pecunias, vel granum, vel vinum, de mandato Rectoris ad expendendum recipient, etiam per ordinem debeant describi: & tunc œconomus aut alij, ad quos pertinuerit, subscribant se in omnibus chartis, testantes se talia recepisse, vt scriptura propria vinculentur, quandò reddituri fuerint rationem. Et sic cum ratio vniuersalis totius anni fuerit concludenda, cum prædicto libro possit faciliter comprehendi, qui fuerint introitus, & qui exitus, & quid Collegio illo anno debuerit super esse. Nec possit dictus Rector aliquas de prædictis pecunijs etiam in necessitates Collegij expendere, nisi primò in dicta capsa in forma supradicta repositio facta fuerit. Præterea, dictis cõsiliarijs sub pœna periurij mãdamus, quod in dictis pecunijs reponẽdis, & post ex arca extrahendis ad expendendum in necessitates Collegij, & secundùm quòd hæc statuta disponunt, aduersus Rectorem inobedientiam, vel resistentiam aliquam non committant.

Si veró de supradictis ad officium œconomi spectantibus, vel cuiuscunq; alterius officialis, vel ministri Collegij, voluerit Rector aliqua facere per se ipsum, vel alicui de Collegio committere, liberũ sit ei. Dúm tamen id faciat, quod ipsi Collegio sit vtilius: super quo ipsius conscientiam oneramus: & de eo, quod fecerit, siue fuerit Rector, siue alter, teneatur

por estatuto ha mandado sean gidos

 neatur

neatur plenam reddere rationem. Et quia (secundùm doctrinam Domini in Euangelio) huiusmodi officium periculosum est, & valde suspectum, cùm quæratur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur volumus, quòd talis œconomus, seu procurator tactis sacrosanctis Euangelijs in manibus Rectoris, præsentibus consiliarijs, anteaquàm huiusmodi officio se immisceat, iuramentum præstet in hæc verba.

Ego N. iuro per Deum, & eius genitricem Virginem Mariam, & hæc sacra Dei Euangelia, quòd officium meum, & omnia, quæ mihi secundùm formam præsentis statuti incumbunt, omni dolo & fraude postposita, bona fide exercebo: & de Collegio non discedam, donec de receptis, & administratis Rectori cum consiliarijs plenam reddidero rationem, & obtinuero quitationem. Quòd iuramentum sit autenticum saltem subscriptione proprij nominis.

Item, œconomus quolibet sabbato, iusto impedimento cessante, cedulam omnes expensas extraordinarias illius hæbdomadæ continẽtem, per se, vel per alium Rectori, aut gerenti eius vices tradere teneatur. Qui Rector eandẽ cedulã eodem die, vel saltem sequẽti diligẽter examinare, aut custodire teneatur: & postea ipse, & consiliarij cũ talibus cedulis examinent expẽsas in libro descriptas œconomi in fine cuiuslibet mẽsis, & eas liquidatas & conclusas scribant. Et in octauis Natiuitatis Domini (quibus diebus non nihil maioris otij studẽtes nãciscuntur) ipse œconomus de omnibus per eum gestis, scilicet, de administratione, & receptis pecunijs totius anni, plenã rationẽ Rectori, & consiliarijs reddere teneatur: & tunc fiat vniuersalis cõclusio totius anni, & alius expensarum liber sequẽtis anni nouiter inchoetur. Antiquo libro post cõclusionem, & absolutionem in archiuis reposito. Deniq; si œconomus bonã rationẽ reddiderit, in suo officio tandiu manere possit, quãdiu sibi placebit, & Collegio seruitiũ suũ erit acceptũ: prouidẽtes, quòd durãte suo officio nullã facultatẽ possit audire, sed suũ officiũ fideliter, & solicitè exequi conetur. Qui habeat pro labore suo annuatim, quòd per Rectorẽ & cõsiliarios cum eo fuerit compositũ. vtilitate Collegij semper principaliter ponderata: super quo eorum conscientias oneramus, imponẽtes eis, si aliquid malitiæ siue fraudis in augendo salariũ dicti œconomi, aut quorũcunq; officialium, vel ministrorũ dictæ domus cõmisserint, pœnã perjurij, vltra restitutionẽ, ad quã proculdubio saltẽ in foro cõscientiæ tenebũtur.

Si autẽ dictus œconomus in suis rationibus in aliqua fraude, seu dolo inuentus fuerit, officio quàm primùm sibi interdicto, & de eo, quòd Collegio debuerit satisfacto, de domo protinus expellatur, vlterius nunquã modo aliquo reuersurus: & alius fidelis, & prudẽs eius loco subrogetur.

Præte-

Præterea, dictū œconomum de corpore Collegij esse nolumus, nec etiam quempiam de Collegij corpore cū hoc officio grauari: nam Collegiales volumus omninò liberos ab omni cura, vt commodius literarum exercitio indulgere valeant: nisi fortè dictum œconomum contingeret infirmari, vel iustis impedimentis occupari, vel officium ipsum aliàs quocunq; modo vaccare. Quo casu si Rector cum consiliarijs alicui de Collegio hoc onus duxerit committendum, teneatur ei protinùs obedire, donec œconomus possit officium suum liberè exercere: vel Rector cum consiliarijs suis de persona alia de extra Collegium duxerint prouidendum. Si verò talis prouisio nimiúm tardaretur, quòd persona sufficiens non possit sic faciliter reperiri, & Collegialis, cui commissum est officium, nimiúm grauaretur, Rector teneatur condiuidere onus inter socios ad longius tempus, vel per menses, prout suæ circunspectioni conducibiliús visum fuerit. Et si talis bonam rationem suæ vilicationis reddiderit, vltra ordinarias prouisiones ipsius, satisfiat ei pro rata téporis, quo seruierit, licet non æquali salario illi, quòd datur œconomo principali. Verùm si tales in suis administrationibus, vel in minima se inueniatur in fraude aliqua, seu dolo, grauius quàm de œconomo diximus, puniantur.

Cessante uerò tali eorum administratione, de pecunijs Collegij, vel vnum nummum tangere, sine Rectoris expresso mandato, sub pœna periurij, & priuationis Collegij, in quam incidat ipso facto, ipsis Collegialibus inhibemus. Adjicientes postremò, quòd œconomus, nec de pecunijs Collegij. nec de proprijs mutuare possit alicui de Collegio, aut extrario, vel vnum danarium sine licentia Rectoris: sub pœna perditionis pecuniæ mutuatæ, & periurij, quas ipso facto incurrat.

CONSTITVTIO XIX.
De dispensatore, & de omnibus officium eius concernentibus.

ELECTIO autem dispensatoris per Rectorem, & cōsiliarios, ac Capellanos fiat. Qui dispensator omnia emenda ad victum quotidianum, quantò commodiús poterit, comparabit: ordinanda in coquina & in cellario, ac in cella vinaria, circa panem & vinum, & alia victualia disponet: cellarij, ac cellæ vinariæ claues ipse tenebit. Camisias, & lintheamina, & cætera eiusmodi à scolaribus. & alijs domesticis colliget: & cum memoriali inscripta fulloni

loni assignabit, & ab eo iam lota, mundaque recipiet: singulis singula per dictum memoriale, quo accepit, restituens. Frumentum quoque à Rectore, & vno saltem consiliario, qui singulas claues horrei tenebunt, receptum pistori consignabit. & in libro suo (sicut & Rector) diem, mensem, & annum, & mensuram seu quantitatem, quam receperit, conscribet, suoque nomine signabit. Recipietque à pistore coram Rectore, vel duobus consiliarijs panes coctos iuxta instituta ei per Rectorem, pondus, & mensuram. Habebitque curam faciendi parari cibaria tam infirmis, iuxta medici præcepta, quàm sanis: & ipse instar dapiferi. cum famulis afferent ad refectorium, & omnia necessaria discumbentibus ministrabunt. Coquo veró & alijs famulis districtè præcipimus, vt in supra dictis, cæterisque omnibus, officium dispensatoris tangentibus, ei prorsus obediat. Quòd si (quòd absit) quis eorum rebellis fuerit, per Rectorem acrius castigetur, etiam vsque ad expulsionem, si pertinax fuerit. Prouidemus etiam, quòd dispensator durante officio suo nullam facultatem possit audire, sed officium suum fideliter, ac sollicitè exercere studeat. Qui habeat pro labore suo, vltra communem aliorum victum annuatim, quod per Rectorem, & consiliarios cum eo compositum fuerit, vtilitate Collegij semper principaliter pensitata: super quo eorum conscientias oneramus. Verum quoniam secundùm sententiam Saluatoris, quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur (vnde liquet, quàm periculosum & suspectum officium sit) volumus, quòd dispensator præstet idem iuramentum, quòd œconomus, & eisdem pœnis, si fraudem commisserit: animaduertatur in eum, quas in œconomi superiori constitutione notauimus. Adijcientes, sicut etiam de œconomo paulo ante disposuimus, quòd dispensator, nec de pecunijs Collegij, nec de proprijs posit mutuare alicui de Collegio, aut extrario, vel vnũ nummum, sub pœna perditionis pecuniæ mutuatæ, & perjurij, quas ipso facto incurrat. Teneatur autem dispensator domi die noctuque degere: & qualibet nocte cedulam expensarum, quas illa die fecit, in suo libro scribat, & propria manu signet, & eandem cedulam Rectori consignet manu propria signatam. Qui Rector eam quàm primùm examinet, & in finem mensis tales cedulas cum consiliarijs liquidatas in libro dispensatoris subscribat, sicut de œconomo diximus, ad vniuersalem rationem per librum dispensatoris reddendam.

CONS-

Constitvtio XX.

De electione magistri nouitiorum, & quòd habeat curam, vt constitutiones legantur suis temporibus, semperque seruentur.

ITEM cùm sit imposibile, eum fieri magistrum, qui nũquàm se novit esse discipulum: volumus & mandamus, quòd inter Colegiales vnus eligatur à Rectore & consiliarijs, quem ad eam rem sufficientiorem esse cognoverint; qui nouitiorum Collegialium magister existat: eosque in vita, & moribus, ac cerimonijs instruat: atque has nostras constitutiones intelligere, & observare doceat, quique obseruantiæ, ac suis temporibus lectionis earum curam habeat.

Constitvtio XXI.

De consignarione camerarum, & fulcimentis earum, atque conseruatione, & restitutione rerum consignatarum.

PRAETEREA Volentes paupertati studentium consulere, statuimus & ordinamus, quòd cum primùm aliquis Collegialis, vel Capellanus ad hoc Collegium receptus fuerit, consignetur ei per Rectorem & consiliarios camera vacans, fulcita expensis Collegij. lectis terno vno, matalatijs duobus, lintheaminibus quatuor de tela grossa, & cerbicali vnó, cum coopertorijs duobus, & vno archibanco ante lectum, atque vna tabula, vel mensa, cum sella lignea. Quæ omnia, si inveterata fuerint, aut aliàs sine culpa Collegialis perierint, aut ita deteriora ta, quòd vsui commodè conferre non possint: præcipimus, quòd impensis Collegij renoventur, resarciantur, & restaurentur, prout Rectori, & consiliarijs videbitur expedire. Qui veró vltra prædicta, aliquid aliud voluerit, emat illud proprijs pecunijs: Et cùm camera sic fulcita denovo alicui consignabitur, fiat inventarium omnium rerum Collegij, quas recipit, in libro hoc specialiter deputato; in præsentia Rectoris, & duorum saltem consiliariorum: & recipiens subscribat inventarium manu propria, confitendo se omnia, & singula recepisse; vt tempore completi studij sui, vel aliàs, ipso à Collegio recedente, ratione

& con-

& consignationem plenariam faciat Rectori & consiliarijs, de prædictis omnibus fulcimentis: & omnia quæ sic pro suo usu receperit, teneatur diligenter, & fideliter conservare. Vnde si aliquid ex eis quomodocunq; perditum fuerit, de suo proprio restituere compellatur: & si ipsius fraude, vel dolo forsitam perierit, vel aliàs maliciosè ipse perire permisserit, vltra pœnam perjurij, in quam incidat ipso facto, si res sic deperdita, vel deteriorata trecentorum myriadum valorem excesserit, cippi lignei, quē in Collegio semper esse volumus, mandatō Rectoris mancipetur: nec inde exire (donec integrè satisfecerit) permittatur: eiusmodi verò detentionis tempore pane, & aqua duntaxat sustentandus.

CONSTITVTIO XXII.

De optionibus camerarum.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd quando aliqua camera vacaverit, sit optioni antiquiori de Collegio (nullo habito respectu ad personas, vel gradus, vel officia) si eam velit acceptare: quòd si ille noluerit, succedat in optione illum antiquitate sequens: & sic deinceps, vsque ad vltimum. Verum si duo pares antiquitate competāt, gradu prædictus præferatur: si verò gradu pares, antiquior in gradu: quòd si omnibus pares fuerint, cui Rector, & consiliarij, vel maior eorum pars voluerit, dicta camera consignetur. Quam optionem in terpræsentes solùm locum habere volumus: nisi Collegialis de mandatō, & pro negotijs Collegij absens fuerit: nam ne eius obsequium ei nocivum fiat, volumus, quod, qui eius mandatum adhoc habuerit, aut si nullus habuerit: ipse Rector pro eo possit optare.

Adjicientes, quòd discedens à Collegio nihil ferreū, aut ligneum, aut aliud cuiuscūq; materiæ fuerint, quod in eadem camera fabricaverit, exportare secum, aut cuicūq; vendere possit. Verum si ab vna in aliam se contulerit cameram, ea quæ proprio ære emit, secum portare valeat: dūmodò sine cameræ detrimento id fiat: quam rem iudicio Rectoris, & cōsiliariorum, vel maioris partis eorum relinquimus.

Item volumus, quòd nullus de Collegio possit aperire, vel mutare fenestrā, vel ostium, vel minimam rimulā, cancellum, vel foramen facere: sub pœna mille myriadum, inquam eum ipsofacto condemnamus pro arca Collegij.

CONS-

Constitutio XXIII.
De electione lectorum, & regantia cathedrarum.

PRAETEREA ordinamus, & statuimus, quòd in hoc Collegio legantur duæ cathedræ hora prima vna de Theologia, in qua continuò legatur doctrina sancti Thomæ: & alia de iure pontificio, in qua legantur textus cum doctrina Abbatis Siculi, vel Ioannis Andreæ. Et volumus, quòd nullus Magister, vel Doctor, vel Licenciatus, vel Bachalaurus possit assumi ad dictas lecturas, nisi per Rectorem, & consiliarios, & alios Collegiales votum habentes, eligatur. Qui eligere debeant, quanto idoneiorem, & sufficientiorem inuenire poterint, in Collegio aut extra: dum tamen Collegialis cæteris paribus extrarijs præfferatur. In cæteris verò horis, aut lectionibus, cùm quis de Collegio fuerit aptus ad legendum, & pro cursu, aut exercitio legere voluerit (etiam si minus sufficiens fuerit, quàm extraneus) nemo a Collegio alienus possit ibi legere concurrendo in lectura, vel in hora cum Collegiali: ita quòd honor, vel lectura Collegialis, vel in minimo non perturbetur. Qua ratione cessante, sit liberum extrarijs legere, vel cursare in Theologia, vel in iure pontificio, vel ciuili, vel in artibus liberalibus pro arbitrio. Electio autem Theologi, vel Canonistæ ad regentiam Cathedræ suæ facultatis subscripto celebrabitur pacto.

Si duo, vel plures de Collegio super regentiã alicuius Cathedræ vacantis competent (nisi fuerint omnibus noti, scilicet, quia plures eos legẽtes audierunt) legat quisq; eorum tres lectiones in illa facultate, super punctis per Rectorem, & consiliarios sibi consignatis: & finitis lectionibus conueniãt Rector, & consiliarij, ac studẽtes Collegiales suæ facultatis sequenti die in capella Collegij: & prius præstito iuramẽto in manibus Rectoris de eligendo sufficientiorem, & scholaribus vtiliorem, post posita omni mundana affectione, ac solum Deum præ oculis habẽtes, & quòd non eligent, eum quem sciuerint, per se vel per aliũ quempiã rogasse, aut subornasse: mittant balotas in capsulam secreto eis ministratas per manũ Capellani, semel pro singulo: & ille qui plures albas habuerit Lector euadat. Prouiso quod se opponẽtes, non intersint electioni. Prouiso etiam, quòd in tali electione maior in gradu talis facultatis in pari sufficientia minorem præcedat: quæ paritas aut maioritas sufficientiæ, prædicto modo, scilicet, per balotas prius examinetur.

Enim verò si propter insufficientiam Collegialium, aliquem extrariũ

ad

ad lecturam aliquam de Collegio necesse fuerit assumi, electio eius prae dicto modo celebratur. Cauto quòd, postquã fuerit electus, antequàm legere permittatur, iuret in praesentia Rectoris, & consiliariorum ad sancta Dei Evangelia, quòd in quantũ poterit, semper procurabit Collegij vtilitatẽ, & honorẽ: & quòd de regentia illius cathedrae non amplius se intromittet, quàm ipsi Collegio sit aceptum. De quo Sacramento fiat authentica scriptura: aut in aliquo protocolo Collegij adhoc specialiter deputato, id propria manu subscribat.

Caeterum, sub in terminatione anathematis (quod ipso facto tam legẽtes quam audiẽtes incurrant) interdicimus, quod doctrinae Nominaliũ, aut Raimundi Lulij) quae multorum ingenia levium, veris sacrisq; ac fructuosis doctrinis evacuant, conturbant, impediunt, & corrumpunt) privatè aut publicè in hoc Collegio in aeternum minime legantur. Nã qui eas sectantur, sunt sicut illi vani, de quibus apostolus dicit, semper discentes, & numquam ad scientiam per venientes.

Item cum Magister, Doctor, Licenciatus, vel Baccalaureus fuerit regẽs: studentes suae facultatis, ad faciendas collationes, & eundem secum ad disputationes, & ad alios actus scolasticos publicos, qui in vrbe fiunt, per Bacchalaureus, & Magistros, aut alios viros scolasticos, teneantur: & inobedientes, aut delinquentes circa hoc, Rector cum consiliarijs puniant, & castigent iuxta ipsius regentis relationem: nisi forte à veritate deviaret ex aliquo rancore singulari, aut aliqua alia sinistra passione. Quod iudicium arbitrio ipsius Rectoris, & consiliariorum relinquimus. Praeterea permittimus, quòd in cathredis Collegij, possint legi aliae lectiones de artibus, & Philosophia, vel de Theologia, aut iure pontificio, vel civili, praeter lectiones ordinarias Collegij, dum tamen sine earum praeiuditio id fiat.

Verum quoniam tales lectores circa lecturam, & actus literarios nimium occupantur, ac fatigantur; volumvs, quod Rector, quanto honestius poterit, ipsos relevet acuris, & solicitudibinus eos ab studio distrahentibus.

Postremo, vt studentes Theologi, modum, & audaciã proponendi verbum Dei accipiant: praecipimus, quòd postquàm per quatuor annos audierint Theologiam, diebus dominicis de advẽtu, & quadragesima in Missa maiori coram omnibus (instar praedicatorum) verbum Dei proponãt: quilibet sua vice. prout altissimus ministrabit. Adijciẽtes quòd (solis festis exceptis, quibus populus ab opere servili vacat: & illis, in quibus Collegiales tenentur cantare matutinas) semper singulis diebus legatur ordinariè in Collegio.

CONS-

CONSTITVTIO XXIIII.
Quales esse debent Collegiales, & alij de Collegio, circa mores, & scientiam, atque honestatem.

PRAETEREA rogamus, & exortamur in Domino, tam Rectorē, & scholares, ac capellanos quàm cæteros de Collegio, vt in Christi timore, vitæ suæ, ac cōversationis ponāt fundamentū: sint constantes in studio, assidui ac soliciti in lectionibus, & disputationibus: verbum Dei devotè, ac attentè audiant: semperq; ardeant desiderio discendi. Sint conversatione pacifici, habitu honesti. Vestitu interiori colore nigro, sive glireo (quem vulgò pardo vocant) exteriore verò (præsertim extra domum) burelio colore vtantur, quemadmodum suo loco disponetur. Calciatu autem colore nigro, tam in state, quàm in hyeme vtantur. Sint incessu modesto, & gravi, vt viros Ecclesiasticos decet. Cohabitatione quieti, charitate devincti, & inter se vnanimes, talesque se in palæstra scholastica circa sciētiam, ac mores agant, vt cursu tēporis coronam gratiæ à Domino: & ab Ecclesia Christi merito, gradus autoritatē, & beneficia, ac dignitates cōsequi mereantur. Nam qui talia suis laboribus, & meritis expectant, prius debet facere quā docere. Sint dulces, & suaves, atq; affabiles eloquijs, ornati moribus, instructi circūspectione, prudentia armati, honore invicem sese præveniant, qui in via Dñi proficere satagunt. Qui verò maior inter eos fuerit, fiat secundùm Domini sententiā minor. Ita enim sapiens ait, qui maior est humiliet se in omnibus: & Dñs dicit, qui se humiliat exaltabitur. Sic nempè eveniet eis, vt vita proficientes, pariter, & doctrina, iustis in hoc sæculo attolantur honoribus, & in alio æternis perfrui præmijs promereantur. Conenturq; vivere in bona cordis simplicitate, quia si se altercationibus, invidijs, & dissentionibus involvāt, & immisceant: non solum hæc statuta, verum etiam tota scriptura sacra, atq; ipsa iura, tam canonica, quàm civilia, vix poterunt sufficere ad obuiandum malitijs, & calumnijs, quas protervia humana poterit invenire. Nimirum, cū nihil mali sit, quod homo semel malitiæ deditus, non inveniat. Statum etiā dicti Collegij diligant, & ipsum tam circa eius conservationem, quàm etiā augmētum, vbicumq, & in quocumq; statu fuerint, præsertim si ad dignitatem quācumq; advenerint, habeant cōmendatū: vt qui ex Dei gratia, & elemosinis eius donū scientiæ susceperint, & propter sciētiā bona huius sæculi cōsecuti fuerint, se gratos ergaDeū omniū bonorū authorē in elemosinis propter ipsum factus, & in alijs operibus pietatis reddant.

CONSTITVTIO XXV.

De habitu Collegialium, & cæteris, quæ vestitus honestatem concernunt.



IRCA habitum verò ordinamus, & statuimus, quòd nemo Collegialis possit exire extra Collegium, nisi vestitus veste seu toga manicata coloris nigri pani, quem: floretum vocant, vel alterius similis longa talo tenus, ita vt penè terram tangat, retro omnino suta: ante verò à pedibus vsque ad pectus, saltem sura cum collario, quod fibulis (quas vulgo corchetes vocant) collo aplicetur strictè. Manicæ verò togæ sint adeo vnà longæ, vt manum cooperire possint, & non amplius: sintque ita latæ, vt in vna manica manus super manum excipi possit, & non amplius. Extra Collegium autem semper incedant discincta toga, & cum insigni Collegij in collo (quod vulgo dicunt beca) quæ erit quantitatis vnius tertiæ pani coccinei sub obscuri (quem morado appellent.) Sine quo insigni, etiam ad campum solatij gratia, nullus de corpore Collegij extra ipsum exire valeat: sub pœna privationis portionis trium dierum pro prima vice, pro secunda vero vnius mensis, pro tertia expulsionis Collegij. Volumus præterea quòd qui admissus fuerit ad Collegium, pro suo ingressu, & vestem, & insigne emat: vt sicut vnius erunt proffessionis, ita habitu vnicolores, & in omnibus conformes existant. Denique quia teste Bernardo in compositio vestium deformitatis mentium, ac morum indicium est: hortamur omnes de Collegio, vt (vtj viros Ecclesiasticos, & insortem Domini electos decet) sint habitu honesto, & religioso, inhibentes eis districtè ne sericum in camisia, vel dioploide, vel manicis, aut collario, nec camelotum, aut fustetam, vel his similia, aut coccinum (quod dicitur grana) & quemvis alium pannum rubei coloris in vestitu, aut caligis, aut birreto, sive annullum aurei, aut argenti, & his similia (quæ hominum levitatem, atque irreligiositatem præ se ferunt) minimè portent. Foderaturis quoque præciosis, vt puta Tafetinis, aut Cathemesinis, vel quarum cunq; pellium, præterquàm pecudinarum, nõ vtantur. Calceos quoque (vt paulo ante tetigimus) aut coturnos non nisi nigros differant. Capillos quoque tonsos medias tenus aures; cõtinuò habeant. Cæteraque his similia, quæ Ecclesiasticam honestatem decent, atq; ornant, studiosissimè atque integrè observent.

Quicunq; verò de Collegio, quocunq; quæsito colore, his prohibitis

vti

vti præsumpserit,& monitus per Rectorem, infra tres dies immediatè sequentes non se emendaverit, vltra pœnam perjurij, quam ipso facto incurrat,perdat pro prima vice rem prohibitã,quã detulerit, quæ quam primùm,aut eius prætium pauperibus erogetur pro anima Fundatoris: pro secunda verò vice,à Collegio per biennium sit ipso iure suspensus, nullum interim ab eo emolumentum suscepturus: pro tertia autem vice,de Collegio penitùs expellatur.Famulorum verò habitus, & colores Rectoris,& consiliariorum arbitrio relinquimus.

Constitutio XXVI.
De capitulo tenendo.

ENIMVERO quia(vt sapiens ait) vbi multa consilia multa salus,ordinamus,& statuimus, quòd quotiescunque aliquid grave,& magnæ importantiæ expediendum occurrerit,Rector,die vel nocte præcedenti, de facto illo occurrenti singulos de Collegio faciat certiores:& sequenti die hora opportuna per sonum campanulæ eos faciat convocare. Ad cuius sonum omnes in loco ad capitulum deputato, sub pœna panis, & aquæ infligenda defficientibus,debeant convenire.Et in expeditione maiorum negotiorum,duas partes Collegij ibidem præsentium volumus concordare: in mediocribus autem obtineat,quod maior pars duxerit disponendum: leviora verò expediat Rector cum suis consiliarijs,ne Collegium crebò vexetur,atque in studio perturbetur. Quæ autem sint maiora, mediocria,vel leviora(si fortè in dubium venerit)per visitatores declaretur pen sitata negotij qualitate. Cæterùm puerorum voces,& si velimus (vt discant in posterum)actibus capitularibus interesse, tamen nisi decimum octavum annum compleverint,nolumus voti vim habere.

Constitutio XXX.
Ordo tenendus in consultatione negotiorum in capitulo.

ORDO autem in consultatione tenendus hic erit.Rector aut in eius absentia præsidens proponet negotium, & aperiat materiam,quid pro vtraque parte sibi videatur explicando: subinde per viam practicæ,si qui de negotio fuerint melius informati,illud pro informatione omnium in medium proferant. Qui-

bus sic finitis, veniatur ad vota. Et ne minores timeant declinare à sententia maiorum(quod sæpe accidit, quando maiores primò loquuntur) mandamus, quòd vota semper incipiant à iunioribus, & sic per ordinem vsque ad primum.

CONSTITVTIO XXVIII.
De secreto Collegij, & capituli seruando.

RVRSVS statuimus, & mandamus, quòd omnes de Collegio seruent secreta Collegij, & humanos defectus, qui inter Collegiales accidunt, extrarijs ne diuulgent: sed semper honorem Collegij(vt par est) potiùs quàm proprium zelent. Et præsertim secreta capituli, quæ à Rectore, vt secreta iniuncta fuerint, nulli extero communicent.

Qui verò secus fecerit, in periurij reatum incidat. Demùm si quis, secretũ capituli sub secreto per Rectore iniunctum, alicui extrario reuelauerit, & hoc fecisse cõuictus fuerit, bimestri sit portione priuatus pro prima vice: pro secunda verò vno anno: pro tertia autem à Collegio pro tinus expellatur. Si autem alicui de Collegio, qui, quando iniunctũ fuit erat absens, quando venerit, dixerit, non intelligatur reuelasse secretum: sed ille, cui dixit, etiam sub dicta pœna seruare teneatur.

CONSTITVTIO XXIX.
Quanto tempore possunt manere Collegiales in Collegio.

TAMETSI tempus Septemnij sufficere satis posset solicitè studere volentibus, nec in vlteriori tempore à iure cum Clericis animarum curam habentibus dispensatur: quia tamen nostra tempestate(quod dolenter dicimus) studentes plus solitò sunt remisi; & vt in gradum doctrinæ euadant altiorem, statuimus, & ordinamus, quòd studentes possint morari in dicto Collegio octo continuos annos: cum in hoc tempore(si non piguerint) ad magistratus, vel doctoratus authoritatem; & honorem conscendere commodè possint. Hoc tamẽ prouiso, si quis forsam imminente fine sui octonarij in Rectorem dicti Collegij contingat eligi, non obstante lapsu temporis prælibati, possit vsque ad finem sui officij liberè in Collegio permanere sicut priùs. Quo quidem officio completo, ac officij sui reddita

dita ratione (quam infra mensem à die finiti officij reddere, & omninò cum effectu complere teneatur (statim Collegium exire debeat, & expeditum, ac liberum relinquere locum suum. Verùm vt erga prædicta diligentior adhibeatur cautella, & via fraudibus præcludatur, mandamus, quòd Rector Collegij teneat vnum librum, in quo singulorum nomina de Collegio, & dies, mensis, & annus suæ receptionis, ac iuramentum per ipsos præstitum per ordinem conscribantur: & recepti in Collegio subscriptione firmetur: vt sic quilibet eorum, post tempus ei per hæc statuta indultum, infra vnius mensis spacium sub perjurij pœna Collegium exire, sine aliqua resistentia, aut dilatione teneatur.

Quòd si fortè (quod absit) vellet sub alicuius coloris præ textu resistere, aut aliquatenùs se præbere difficilem, per Rectorem Collegij, & cõsiliarios incunctanter sub pœna perjurij, in quam incidat ipso facto, penitùs, & protinùs expellatur. Et si forsam esset necesse, vt totum Collegiũ per Rectorem requisitum adiuvaret, mandamus ei sub eandem pœna, quatenùs Rectorem suum, & consiliarios totis viribus iuvent, quousq; cum effectu penitùs sit exclusus.

Si autem quis ante, vel circa finem dicti octonarij examen magisterij, vel doctoratus subierit; & in eo contigerit approbari, & licentiaturæ, aut magistratus, aut doctoratus gradum acceperit: volumus, quòd dictum Collegium similiter infra vnius mensis spacium exeat; ac si tem pus octo annorum iam esset transactum. Nisi fortè (vt speramus) in hac nobilissima civitate vniversitas esset, & propter eius sufficientiam ad aliquam cathedram per eam eligeretur. Nam in tali casu, si cathedris Collegij non est necessarius, permittimus in vniversitate posse cathedram regere, per triemnium dumtaxat à die electionis huiusmodi computandum: & tali lectione ordinaria, vel extraordinaria durante, posse in dicto Collegio manere per dictum triẽnium, ac si gradum non cepisset, vel octonarij tempus non fuisset elapsum. Sed cessante lectura vniversitatis ante dictũ triẽniũ, etiã hanc gratiam incontinenti volumus spirare. Qua triẽnij gratia vltra octonarium multò magis gaudere volumus, eum qui in Collegio Theologiæ, vel iuris Pontificij cathedrã rexerit. Adjicientes, quòd si quis de Collegio Theologus, vel Canonista cathedram suæ prossessionis in Collegio sufficienter rexerit, tandiu in Collegio tolleretur, quandiu alius par, aut sufficientior in Collogio non emerserit. Postremò volumus, & mandamus, quod qui semel fuit Collegialis, vel capellanus, & quacũque ratione Collegialis, aut capellanus esse desijt, nunquam postea in Collegialem, etiam quocũq; indulto, aut favore munitus existat, admitti possit.

Constitvtio XXX.
Quid agendum, si Rector, vel consiliarij se absentaverint.

ITEM ordinamus, & statuimus, quòd si Rector, vel aliquis consiliariorum ex aliqua legitima causa à Collegio discesserit, dummodò vltra mensem moram non traxerit, antiquior ex consiliarijs loco Rectoris subrogetur: & loco consiliarij antiquior ex scolaribus suæ facultatis substituatur. Si autem vltra mensem quis eorū moram fecerit, alius loco eius ab electoribus Collegij per secretas cedulas sufficiatur. Verùm si pro negotijs Collegij quis eorum missus fuerit, quousque veniat, expectetur, facta substitutione, vt dictum est.

Constitvtio XXXI.
De tempore quo Collegiales se possint absentare de Collegio.

Vide Statutum quintumD. Navarri.

PRAETEREA, statuimus, & ordinamus, quòd si aliquis Collegialis propter aliquod negotium proprium, vel propinquorum, extra vrbem ire voluerit, liceat Rectori cum suis consiliarijs, si viderint, quòd subest iusta, & honesta causa, licentiam se absentandi per trimestre dumtaxat ei concedere: quo elapso si non redierit Collegio privatus existat. Proviso, quòd dicta licentia trimestris non nisi ter in toto octonario ei possit concedi. Proviso etiam, quòd tempus absentiæ in tempore sui octonarij computetur. Proviso præterea, quòd in casu quo infra scriptum diem non redierit, eius præbenda non pronuncietur vaccare ante viginti dies sequentes: infra quos si venerit, & causam legitimam suæ detentionis docuerit, volumus, quòd cum eo benignè, ac humanè agatur, & ad continuationem sui octonarij admittatur. Si verò, dictis viginti diebus elapsis, causam moræ non ostenderit, nulla ei excusatio suffragetur: sed illicò novus Collegialis secundùm statutam formam eligatur. Adjicientes, quòd nullus de Collegio cúm absens fuerit ex quacunque causa quamtumcunque iusta, quidquam portionis in præsentia sibi debitæ percipiat, etiã si Rectoris, & consiliariorum ad hoc expressus consensus accederet. Si tamen quis à Collegio fuerit missus pro negotijs Collegij expēsis necessarijs tantùm pro qualitate temporis, & locorum contentus existat. Verùm tempus, quo absens pro negotijs Collegij fuerit, in cursu

cursu sui octonarij non computetur, sed illud ei vltra octonarium prorrogetur. Nolumus tamen Collegialem, nisi magna vrgente necessitate; scilicet, vtilitatis Collegij assequendæ, aut damni vitandi, mitti posse à Collegio. Præterea permittimus, quòd si quis verè infirmus petierit licentiam abscedendi à Collegio valetudinis recuperandæ gratia côcedatur ei à Rectore, & consiliarijs per totum tempus suæ infirmitatis: quod tamen tempus in suo octonario currat, & computetur. Sanis verò etiam permittimus, licentiam posse dari per quindecim dies quolibet anno, vt ad patriam, vel alium honestum locum recreationis gratia se conferat: quod etiam tempus in suo octonario computetur. Et qui intra quintum decimum diem nô redierit, per bimestre extra Collegium maneat portione privatus. Quòd si vltra dictos quindecim dies, alios quindecim dies moram fecerit, & gravis infirmitatis per legitimos testes, vel instrumentum authéticum, impedimentum non probaverit, sit Collegio privatus ipso facto. Præterea inhibemus dictam licentiam trimestrem capellanis posse elargiri; quoniam in capella sunt ad divina officia continuò necessarij: nisi fortè vrgente aliqua eorum necessitate. In quo casu per alios loco sui, qui per Rectorem, & consiliarios approbati fuerint, faciant deserviri.

CONSTITVTIO XXXII.
Quis ordo sit tenendus, si (quod absit) contingant pestis, vel morbus contagiosus in vrbe.

PROINDE, quia non nunquam ob humana scelera, aut alio divino iudicio pestis, aut contagiosus, & perniciosus morbus in hac vrbe invalescit, à quibus, tàm diuinis quàm humanis monitis, & experimentis, constat non esse illicitum fugere, præsenti statuto duximus providendum, quòd si (quod Deus sua clementia avertat) in hac vrbe pestis, aut aliquis alius morbus contagiosus contigerit; sequatur Collegium nostrum cum suis Collegialibus formam, quam cum suis Beneficiatis Sancta Hispalensis servaverit Ecclesia, scilicet, ea die, qua capitulum Ecclesiæ Hispalensis pronunciaverit, licere cuique discedere ab vrbe, liceat etiam Collegis, qui voluerint, discedere: & quando decreverit, debere Beneficiatos reverti, & in domibus suis (vt moris est) vel per ædictum, aut aliàs quomodo-

 libet

libet eis visum fuerit, ad certum diem eos vocaverint: ad eundem terminum per edictum à Rectore, & consiliarijs, vel ab eorum vicem gerentibus, Collegiales revocentur. Ita quòd Collegium tàm in danda licentia, quàm in revocanda capituli Hispalensis Ecclesiæ exemplum sequatur. Proviso quòd, qui abscedere voluerint, nullum tempore absentiæ emolumentum à Collegio consequantur. Quòd si forte nullus in Collegio remanere voluerit, Rector, & consiliarij teneantur ante suum discessum providere de persona, aut personis honestis, & fidelibus, qui remaneant ad custodiam domus, & conservationem supellectilis, ac totius rei familiaris. Quam rem si prudenter ac diligentér (vt par est) non fecerint, vltra pœnam perjurij, quam ipso facto incurrant, omne damnum Collegio ob eorum culpam, negligentiamq; secutum de eorum bonis volumus resarciri. Quòd si omnes, aut aliquis eorum non habuerit, vnde solvat, privetur omni emolumento Collegij pro tanto tempore, quanto fuerit Collegio satisfactum. Qui verò domi, ne vagentur, aut ab studio distrahantur, & ad custodiam domus, & salutem rei familiaris continere voluerint, salutem à Domino, & mercedem invenient: & ordinaria Collegij portione, cæterisque sibi debitis emolumentis confruentur. Qui autem ad certum diem (vt dictum est) vocatus non venerit, iusta cessante causa, de qua Rectorem, & consiliarios infrascriptum terminũ certiores facere teneatur per testes, aut authenticam scripturam, omni dolo, fraude, aut fictione carentes, ipso facto sit Collegio privatus.

Constitutio XXXIII.
De ordine sessionis tàm in Capella, quàm in mensa, & capitulo, & vbicunque Collegialiter contigerit convenire.

Enimvero, quia charitatem, & fraternitatem veram inter prædictos scholares vigere cupimus, & ex præpositionibus, & posterationibus invidias oriri, ac zizanias increscere; & discordias generari experimento didiscimus: id circo (vt paci, & quieti studentium consulamus) ordinando statuimus, quòd tàm in capella, quàm in mensa, & capitulo, ac vbicunque contigerit eos Collegialiter convenire, incedant, & sedeant ordine subscripto. Disponantur Collegiales in duobus choris, quorum dexterum tenebit Rector, & medietas præsbiterorum, ac graduatorum, & aliorum Colle-

Collegialium, vsque ad decem: in capite sinistri Chori sedebunt simili ordine, primò præsbyteri, subinde graduati, tertiò alij Collegiales, vsq; ad decem, omnes interesse secundùm ordinem sui ingressus. Dum tamen inter graduatos Theologi Canonistis, Canonistæ verò præferantur Legistis, & Artistis. Inter graduatos autem unius ordinis, si plures fuerint, antiquior in Collegio minùs antiquo præferatur. Proviso, quòd Rector cathedræ Theologiæ, qui de corpore Collegij fuerit; cæteros sui gradus etiam antiquiores in Collegio præcedat: & Rector cathedræ iuris Pontificij post eum immediatè sedeat: si verò Rectores cathedrarum fuerint Baccalaurei; & alius de Collegio gradum licentiaturæ, vel magistratus, aut Doctoratus acceperit, pro illo tempore quo in Collegio manserit, Baccalaureos etiam lectores præcedat. Et si fuerint plures, talis ordo antiquitatis gradus, ut paulò ante dictum est, inter eos servetur. Si tamen quis eorum, qui præcedere debent, alijs in mensa sedentibus venerit, sedeat ultimo loco pro illa vice: ne sedentes quoquomodo perturbet: excepto Rectore, qui in suo loco semper sedeat, & dictæ mulctæ non subsit. Præterea volumus, quòd si contigerit vaccare duos, vel plures de uno choro, alij alterius chori loca eorum suppleant: donec de novo recipiantur, qui ea impleant: taliter quòd, quoad fieri poterit, semper chori sint numero pares, vel quasi. Item se transferentes ad alium chorũ accipiant loca suæ qualitati, & antiquitati debita. Quæ omnia disponet Rector, aut præsidens, secundùm ordinem paulò ante dictum.

Constitvtio XXXIV.

De hora prandij, & cœnæ, & pulsatione campanulæ, ac lectione, & alijs id negotium concernentibus.



TEM, (ut in omnibus ordo debitus servetur) ordinamus, & statuimus, quòd omnes de Collegio per sonum campanulæ præcepto Rectoris, vel in eius absentia viceRectoris vocentur ad prandium, et ad cœnam hora competenti. Qua pulsata, omnes qui tunc reffici debent, sine mora, ita ut principio benedictionis intersint, conveniāt in reffectorio, et tunc arbitrio Rectoris, vel vice Rectoris, aliquantisper spectato, capellanus hæbdomadarius iussus benedictionem dicat: & cùm à mensa surrexerint, Deo gratias reddat secundùm morem Romanæ Ecclesiæ, omnibus, qui adsunt coadiuvanti-

 bus.

bus. Et in fine gratiarum, tám in prandio, quàm in cœna commemorationem in specie pro animabus Fundatoris, & maiorum, fratrum, & benefactorum suorum omnes stantes facere teneantur. Videlicet, requiem æternam, &c. cum psalmo De profundis, & orationibus, Præsta quæsumus, omnipotens Deus, ut animas famuli tui Roderici sacerdotis, & parentum, fratrum, ac maiorum, & benefactorum suorum in congregatione iustorum æternæ beatitudinis iubeas esse consortes: & Fidelium Deus.

Si quis verò eorum, qui refficiendi sunt, ante finitam benedictionem non intraverit reffectorium, vino tantùm illa vice privetur. Si verò dicta benedictione; & alijs discumbentibus venire distulerit, carnibus, vel piscibus, pro temporis qualitate, sit ea vice privatus: & ultimus in mensa sedeat.

Si autem quis, anteaquàm gratiarum sint redditæ actiones, absque Rectoris licentia de reffectorio discesserit, pœniteat die sequenti in pane & aqua publicè in terra coram omnibus. Et alibi non comedat illa die, ne pœnitentiam subterfugiat: quòd si secùs fecerit, Rectoris & consiliariorum arbitrio puniatur. Quod autem dictum est de interessentia ad benedictionem, &c. habeat locum, nisi Collegialis tunc audiret, vel legeret aliquem librum, vel in negotijs Collegij, vel in aliquo negotio suo proprio gravi, & urgenti esset occupatus. In ultimo tamen casu volumus ipsum à Rectore, (si in reffectorio fuerit) vel ab eius ibi vicem gerenti (qui in reffectorio in absentia Rectoris sit) qui sederit priori loco, licentiam habuisse: & talis in his, & similibus casibus habeatur excusatus: quam rem arbitrio Rectoris, vel viceRectoris (ut dictum est) committimus conscientiam suam onerantes.

In ipso verò reffectorio Rector faciat ordinatè, & honestè discumbentibus deserviri, in cibis, & alijs necessarijs á servitoribus, & famulis dictæ domus, quibus defficientibus, vel non sufficientibus, ab alijs de Collegio, prout sibi videbitur expedire. Proviso, quòd ministri mensæ quando attulerint cibaria, aut suas portiones discumbentibus, á iunioribus, & ultimis distribuere incipiant: & sic per ordinem (ut exemplo Domini, qui maior est, fiat minor) usq; ad primum in mensa procedant. Reffectionis verò tempore omnis honesta temperantia, atq; modestia servetur: & tam in prima, quàm in secunda mensa silentium teneatur. Nam volumus, quod tunc unus Collegialis, vel capellanus secundùm ordinem sessionis suæ per hæbdomadas suas à principio reffectionis, quousq; à mensa surgant (religiosorum more) legat alta voce, & pedetentim, ut ab omnibus commodè intelligi possit.

Legetur

Legetur autem primo anno utrunq; testamẽtum à principio usq; ad finem. Secundo verò legentur aliqua opera sanctorum doctorum Ecclesiæ. Tertio verò anno aliqui tractatus devoti: quibus corda audientium moveantur ad sanctiorem, purioremq; vitam amplectendam, & ad inflãmandum desiderium cælestis vitæ. Finito autem tertio anno idem ordo repetatur. Sed in secundo & tertio anno liceat pro arbitrio Rectoris, & consiliariorum opera doctorum Ecclesiæ, & tractatus variare. Pro viso, quòd hæc statuta ter quolibet anno loco lectionis interlegantur, in principio studij post festum sancti Lucæ immediatè: & in principio quadragesimæ: & in nativitate Sancti Ioannis Baptistæ prosequẽdo ea usq; ad finem. Post quorum lectionem semper legantur inventaria, ut infra disponetur. Capellanus verò in benedictione defficiens, & lector in dicta lectione, sit eo ipso portione illius horæ privatus. Præterea sub perjurij pœna inhibemus, quòd nullus audeat afferre ad mensam singularem escam, potumve: quia ex talibus singularitatibus, & præsumptionibus, solent inter Collegiales invidiæ, & discordiæ, ac detractiones, & temeraria iuditia generari. Sed sicut communiter degunt, sic cibus potusq; de uno pane & calice sit eis communis: nisi fortè Rector ob infirmitatem, vel aliquam aliam iustam causam (quam eius discretioni, & conscientiæ cõmittimus) hoc in particulari alicui concederet. Verùm si alicui in cõmuni mensa discumbenti aliquod exenium mitteretur ab aliqua persona honesta, & omni suspitione vacua: ponatur ante Rectorem; & in Rectoris absentia viceRectorem: & ipse illud distribuat inter omnes. Prohibemus etiam districtè sub pœna perjurij, ne quis prædictorum in sua, vel alterius camera prandeat, sive cœnet: nisi infirmus, vel nisi iusta, & urgens, & rationabilis causa adesset: & cum licentia Rectoris petita, & obtenta. Qua ratione cessante, Rector talem licentiam nullatenus concedat, super quo conscientiã eius oneramus. Hora verò prandij (exceptis diebus ieiunativis, quæ paulò tardior Rectoris arbitrio erit) in state hora nona: in hyeme autem hora undecima ordinariè habeatur. Cœnæ verò tempus à principio studij usq; ad quadragesimam hora octava post meridiem: deinde per totum annum hora quinta congruũ reputamus. Mutandum tamen à Kalendis Septembris usque ad principium studij, & in magnis festivitatibus pro Rectoris arbitrio. Proviso quòd, quando cantandæ matutinæ erunt, cœna per unam horam anticipetur.

Item, mandamus districtè, quòd inter prandendum cœnandumque semper janua Collegij sit clausa. Etiam prohibemus districtè, ne aliquis capellanus, vel scholaris extra Collegium prandeat, vel cœnet sine Re-

ctoris licentia speciali: & tunc cum iusta & rationabili causa, & solum in aliquo monasterio, aut loco religioso virorum.

Fragmenta verò, quæ in mensa, & coquina singulis dieb' superfuerint, diligenter, ac mundè collecta per dispensatorem, vel alium ad id à Rectore, & consiliarijs deputatum, erogentur pauperibus, qui præ verecundia ostiatim non petunt, ad arbitrium Rectoris & consiliariorum. Proviso quòd sub hoc prætextu amicis, & consanguineis non adeo necessitatis, eiusmodi elemosinam non impartiantur: super qua re conscientiam eorum oneramus.

Constitvtio XXXV.

Quod nullus possit extrarium invitare.

PRAETEREA prohibemus, ne quis de Collegio modò sit Rector, modò quivis Collegialis, vel capellanus, aut familiaris, quempiam exterum ad prandium, vel cœnam possit invitare, etiam impensis proprijs: nisi ex aliqua iusta & rationabili causa. Et hoc possit solus Rector, vel in eius absentia viceRector, cum consensu consiliariorum, aut maioris partis eorum. Et in tali casu non possit invitare nisi in reffectorio, & communi cibo aliorum.

Si tamen contingat aliquem de Collegio gradum accipere, vel novam Missam cantare, permittimus, quòd illo die aliquos in moderato numero, scilicet, quatuor ad plus, proprijs impensis, & in communi reffectorio possit invitare. Dūtamen propter hoc silentium, & lectio, omnisq; modestia reffectorij nullatenùs perturbetur. Nec per hoc intelligimus inhibere, quòd œconomus, aut dispensator de licentia Rectoris (petita priùs & obtenta) non possit prādium, vel cœnam, potumve, aut collationem propinare portitoribus tritici, vel vini, aut alijs, qui pro necessitatibus Collegij ei operas suas locant.

Constitvtio XXXVI.

Quòd nemo intret cellarium, vel cellam vinariam, vel coquinam.

DEniq; quia experientia vidimus, quòd Collegialis nonnunquam intrant cellarium, & vinariam cellam, ac coquinam absq; necessitate, aut causa honesta: ex qua re aliquando scādala,

dala, & mala exempla oriuntur, & non nulla inde damna Collegio sequuntur: idcircò statuimus, & mandamus, quòd nullus de Collegio, nisi iusta interveniente causa, intret cellarium (quod despensa vocant) aut vinariam cellam (quæ dicitur bodega) aut coquinam. Quòd si quis contra fecerit, Rectoris & consiliariorum arbitrio puniatur. Quorum etiam arbitrio decerni volumus, quæ causa iusta, vel iniusta debeat reputari.

Constitvtio XXXVII.

De carnibus, & piscibus, vel ovis unicuique de Collegio dandis quot diebus: & de augmentatione portionis, & carnibus salitis, & fructibus, ac collatione facienda.



AETERVM, quia norma vivendi certa, & limitata præcipuè inter viros scholasticos vigere debet: præsertim dicente Domino apud Lucam: attendite vobis, ne fortè graventur corda vestra in crapula, & ebrietate: statuimus, & ordinam^9, quòd cuilibet de Collegio, tàm Rectori, quàm capellanis, & Collegialibus, atq; œconomis, & dispensatori media libra macellaria, quæ est. xvj. unciarum, carnium vacinarum, vel vitulinarum, vel arietinarum, vel unam partem de una, aliam de alia, vel aliarum bonarum carnium porcinarum recentium, vel sale conditarum, vel quarumcunq; aliarum ad arbitrium Rectoris pro varietate temporum mutandarum, erogetur, ita quòd tota totius diei portio dictæ mediæ libræ quantitatem nõ excedat: eaq; ministretur cum ferculo competenti, ut Rector duxerit disponendum. Quarum carnium maior pars in prandio; & minor in cœna tribuatur. Vinum autem cum aqua Rectoris arbitrio temperatum: & panem, ac sal habeat in prandio, & in cœna quantum voluerint, & honestati cõgruerit. Primis verò diebus Nativitatis, Resurrectionis, & Pentecostes, & die dominico ante carnes tollendas, ac ipsa tertia feria carnisprivij portio augeatur in avibus, aut in alijs carnibus pro temporum varietate. Ita quòd prima die Nativitatis, & die dominica ante carnisprivium in prandio, tertia feria carnisprivij in prandio, & in cœna, ultra ordinariam portionem, si fuerint gallinæ, una inter tres dividatur. Si verò non fuerint, portio ordinaria duplicetur. In die verò Resurrectionis, & Pentecostes, in prandio portio duplicetur. Diebus autem ieiuniorum, & alijs, quibus carnium

Vide sextũ statutũ D. Navarri.

carnium essus non est licitus: in ovis, aut piscibus pro prædictis portionibus erogandis tantum exponatur, quantum fuisset pro carnibus expendendum. Cautô quòd ieiunantibus matutina, & vespertina portio iuncta tribuatur. Si verò supradicti vellent carnes salitas, vel fructus in principio pastus, vel in fine: de summa principali subtrahatur tantùm, quòd illa emi, & eis commodè ministrari possint. Servitoribus autem domus de carnibus, ovis, & piscibus, aliisq; victui necessariis provideatur in minori quantitate, iuxta arbitrium præsidentis. In diebus verò ieiunij hora cœnæ, signo campanulæ, arbitrio Rectoris, vel viceRectoris pulsato, ad collationem conveniant, & præbeatur cuilibet potus competenter. Prohibentes expresè, ne alicui panis, vel vinum, vel alia esculenta, vel poculenta, quàm ut præmititur, aliquatenus ministrentur: nisi fortè alicui privatè ex aliqua causa legitima, & honesta: quam committimus arbitrio præsidentis, suam onerantes conscientiam.

Constitutio XXXVIII.

De infirmis, & medico, & de eius salario, & de exequijs pauperi peragendis.

CUM autem, non parvum pietatis officium sit, infirmis in suis infirmitatibus subvenire: ordinamus, & statuimus, quòd si Rectorem, vel de scholaribus & capellanis, aut famulis quempiam cōtigerit infirmari: pro recuperanda melius sanitate, sublata sibi ordinaria portione, ministrentur ei, quæ medicus iusserit ministrari pro cibo, & etiam medicinæ, si fuerit verè pauper. Caveant autem Rector, & medicus, ne pro infirmis verè pauperibus, quia expensis Collegij fiunt, Collegium gravent cibis, & medicinis carioribus. Alij verò non verè pauperes prætio portionis suæ in pecunia sint contenti: & si amplius indiguerint, de suo ea provideant. Quis autem censeatur verè pauper, arbitrio Rectoris, & consiliariorum relinquimus: super hoc eorum conscientiam onerantes. Animadvertat autem Rector diligenti cautela, ne ubi non est infirmitas, ab aliquo confingatur: quia per alium quàm verè infirmū dictis oneribus nolumus Collegium gravari.

Item, volentes verè infirmis medicum non deesse: statuimus, quòd Collegium habeat unum medicum salariatum pretio competenti, qui infirmos huius domus sine acceptione personarum, saltem semel in die teneatur visitare: & circa cuiuslibet curam fidelem, ac solicitam diligentiam

tiam adhibere: & mandantes ipsi Rectori, ut eiusmodi infirmis per familiares domus, vel si ad id non sufficiant per alios, impensis Collegij ad hoc specialiter conducendos, durante infirmitatis tempore sufficienter faciat deserviri. Præterea teneatur coquus talibus infirmis cibaria iuxta medici mandatum præparare.

Verum (quia corporales infirmitates nonnunquam ex peccato proveniunt, dicente Domino languido, quem sanaverat: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat) præcipimus, quòd quilibet infirmus infra biduum ad plus à manifesta infirmitate, teneatur confiteri omnia sua peccata, purè & integrè in forma à Christi Ecclesia constituta, ita ut confessoris sui testimonio constet, & Dominicum corpus accipere: nisi de consilio confessoris ad tempus duxerit differendum: quod consilium simplici sacerdotis assertione credatur. Alioquin ex tunc, donec huic nostræ constitutioni paruerit, omnibus supra dictis beneficijs suspensus existat.

Si verò aliquis de Collegio moriatur, & tãta fuerit eius inopia, quòd libris, & alijs bonis suis venditis, non possit commodè sepeliri. volumus quòd honestæ exequiæ ei pro sua conditione in elemosinam peragantur à Collegio.

CONSTITVTIO XXXIX.

Quibus temporibus Collegiales teneantur confiteri, & corpus Domini accipere, & omittens qua sit pœna puniendus.



ADHVC (quia iuxta Prophetæ sententiam, timor Domini est initium sapientiæ, & sapiens ait, quòd in malevolam animam non introibit sapientia, nec in corpore subdito peccatis) ordinamus, & statuimus, quòd quilibet Collegialis saltem ter in anno omnia peccata sua idoneo sacerdoti devotè confiteri teneatur. Videlicet in principio studij: pro festo sancti Lucæ, & pro festo felicis Nativitatis Domini nostri IESV Christi, & pro festo Resurrectionis eius: quo tempore etiam omnis Christianus utriusq; sexus de iure id facere tenetur: & toties corpus Domini accipiat, & pluries si voluerit, & ei Dominus inspiraverit.

Quòd si prædictis diebus ob aliquam legitimam causam, quis fuerit impeditus, ita ut corpus Domini recipere non possit: infra decem dies pro-

proximè sequentes recipere teneatur. Verùm si de causa Rectori aliàs suspectus extiterit, teneatur ei fidem facere, saltem per cedulam presbyteri cui confessus fuerit. Qui autem in confessionibus,& communionibus prædictis implendis defecerit, iusto cessante impedimento quoad communionem, prima vice sit ipso facto privatus totius anni provisione: secunda verò vice provisione duorum annorum. Tertia autem vice à Collegio penitùs expellatur.

Constitutio XXXX.
De actibus Collegialium circa divinum officium audiendum,& dicendum singulis diebus.



VOLUMUS autem, & districtè præcipimus, quòd quilibet Collegialis unam Missam die quolibet audiat necessariò, qui verò non audierit iusto impedimento cessante, de quo per se, vel per alium teneatur Rectorem facere certiorem, tota illius diei portione pro vice qualibet sit privatus: quæ pœna nullo ei pacto remitti possit: quòd si (quod absit) fuerit contumax: crecente contumatia crescat,& pœna usq; ad de Collegio expulsionem.

Præterea, ordinamus, quòd quilibet in sacris ordinibus constitutus, aut habens ecclesiasticum beneficium: totum divinum officium prout etiam de iure tenetur, absolvat: Alij verò clerici (qui in minoribus, aut saltem in prima tonsura necessariò esse debeant) ad minus officium Virginis gloriosæ secundum ritum, quem Sancta Hispalensis tenet Ecclesia, quotidie dicere, teneantur, arbitrio Rectoris, si secus fecerint, puniendi. Vt autem ad excusandas excusationes in prædictis occasio tollatur: præcipimus, quòd quilibet Collegialis in minoribus ordinibus constitutus habeat proprium codicem, in quo officium Virginis cum alijs devotionibus (ut apud bibliopolas vendi solet) contineatur.

Constitutio XXXXI.
De numero, & officio capellanorum, & de eorum defectibus suplendis.



RAETEREA, ordinamus,& statuimus, quòd in dicta domo semper esse debeant quatuor capellani: qui in capella Sanctæ Mariæ de IESV prædicti Collegij divinis officijs deservire teneantur. Quorum duo alternatim per hebdòmadas

Missam Collegij, alij duo Missam domini Garciæ del Alcaçar vicissim per hebdomadas (ut prope finem huius constitutionis plenius dicetur) celebrent. Ita quòd quotidie duæ Missæ eorum non desint. Missa Collegij dicatur de die secundùm officium currens: excepto, quòd si fuerit festum primæ, vel secundæ dignitatis, in quo secundùm ordinem Missalis una tantùm collecta dicenda sit, in fine eius collectæ dicatur; Et animas famuli tui Roderici Sacerdotis, & parentum, fratrum, ac maiorum, & benefactorum suorum ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Si verò fuerit dies, in quo secundùm ordinem Missalis plures collectæ dici possint: semper interponatur una collecta de mortuis, scilicet, prima collecta.

Præsta, quæsumus Domine, ut anima famuli tui Roderici sacerdotis, quem in hoc sęculo commorantem sacris muneribus decorasti: & animæ parentum, ac maiorum, fratrum, & benefactorum suorum in cęlesti sede gloriosa semper exultent.

SECRETA.

Suscipe, quæsumus Domine, pro animabus famuli tui Roderici sacerdotis, & parentum, ac maiorum, fratrum, & benefactorum suorum quas offerimus hostias: ut quibus fidei donasti meritũ dones & pręmiũ.

POST COMMVNIONEM.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut animas famuli tui Roderici sacerdotis, parentum, & maiorum, fratrum, & benefactorum suorum in congregatione iustorum æternæ beatitudinis iubeas esse consortes.

Alij verò duo capellani cantabunt capellaniã domini Garciæ per hebdomadas suas (ut dictum est) scilicet dicendo quotidie unam Missam pro eo, & maioribus, ac sororibus suis. Et hæc Missa erit prima, scilicet ante lectiones in diebus lectivis. Missa verò Collegij post lectiones, vel hora tertia. Missa etiam capellaniæ domini Garciæ dicatur de officio currenti, addita collecta pro defuncto: excepta secunda feria, in qua semper dicatur de Requiem. Missa verò Collegij in secunda feria semper etiã dicatur de mortuis pro Fundatore, & parentibus, ac maioribus, & fratribus, & benefactoribus suis, nisi fuerit festum maius, scilicet, à clero & populo observandum. Quo casu prima Missa dicatur de Requiẽ (ut dictum est) & secunda dicatur de festo. Hora verò dicendi Missam talis erit, quòd omnes Collegæ primæ, vel secundæ Missæ interesse possint:

sint: quod arbitrio Rectoris, & consiliariorum relinquimus, pensatis temporum conditionibus,& lectionum horis.

Si verò ambo capellani vellent quotidie celebrare, devotionem eorum in Domino commendamus. Vnus tamen eorum (ut dictum est) necessariò dicere teneatur sua hæbdòmada Missam; & alter ei assistat, prout Rector inter eos disposuerit. Cui Rectori in omnibus capellæ servitium concernentibus, tàm in divinis, quàm in alijs capellani necessariò obedire teneantur. Si verò aliquis dictorum capellanorũ in celebratione, ad quam necessariò teneatur, deffecerit, medij regalis argentei pro qualibet vice pœna mulctetur. Quæ pœcunia alicui presbytero de Collegio (si sit, qui velit celebrare: vel si domi non sit, alicui de extra Collegium ut ea die, vel sequenti saltem, loco defficientis celebret) erogetur. Quòd si presbyter qui defectum eius supleat, pro ea vice haberi non posit, dicta pecunia pauperibus distribuatur pro animabus Fundatoris, & parentum, fratrum, ac benefactorum suorum. Si verò dictum capellanum in dicta celebratione ex aliqua iusta, & rationabili rausa contigerit impediri, concedimus ei, ut per alium loco sui posit facere celebrari: examinationem verò causę cõmittimus Rectori, cum consiliarijs conscientiam eorum onerantes. Si verò morte, vel alio casu ex dictis duobus capellanis alterum, vel utrunq; contingat defficere, ne res divina quoquomodo intermittatur, præcipimus, quòd quamprimùm alius, vel alij idonei, & honesti quærantur, & loco illius, vel illorum debeant collocari, Quòd si fortè tales tàm brevi reperiri non posint: Rector per scholares presbyteros de Collegio (si qui sint) vel per alios presbyteros de extra Collegium, eorum faciat supleri deffectum. Quibus de salario provideat, prout discretioni suæ videbitur expedire pro rata temporis, & servitij. Et quoniam iustitiæ distributivæ officium est, magis laboranti, aut plus mercedis, aut exonerationis impartiri: volumus, & mãdamus, quòd quicunq; capellanus, qui quamcunq; capellaniam cantaverit, habeat pro præmio laborum, quos ultra alios Collegiales sustinet, gradus, quos in Collegio receperit gratis. Ita quòd de Baccalaureatu, aut Licentiatura, aut Magistratu, aut Doctoratu nihil solvet Collegio. Et quicquid examinatoribus, Bidello, & Notario dandum fuerit, ex Collegij arca persolvatur: dùm tamen cursus suos ad gradus minorem, & maiorem existens capellanus, & serviens in Collegio complevert: aliàs verò suis expensis (ut cæteri) gradus capiat.

CONS.

CONSTITVTIO XLII.

Quomodò capellani, & Collegiales se debent habere circa divinum officium peragendum diebus minus, magisque solemnibus.



TEM, ordinamus, & statuimus, quòd dicti capellani & Rector Collegialesq; in diebus Dominicis, & alijs festis duplicibus, vel solemnibus (quæ intelligantur illa esse, quæ clerus & populus observat) vesperas hora debita in vigilia, & Missam sequenti die hora tertiarum, ac vesperas secundas hora condecenti cum nota dicere teneantur. Et similiter in tota hæbdomada Sancta totum divinum officium solemniter, sicut fit in collegiatis Ecclesijs, præcipimus celebrari. Quibus omnibus officijs celebrandis debeant omnes Collegiales interesse cum superpelicijs suis, & deservire in officio prout Rector eis duxerit imponendum: qui verò urgenti causa cessante Missæ non interfuerit, anteaquàm incipiatur prima collecta: & vesperis, anteaquàm primus Psalmus finiatur, totam illius diei portionem perdat. Adjicientes, quòd dispensator in die Parasceve ante adorationem Crucis expensis Collegij cuilibet Collegiali unum myriadum (quod vulgò maravedi vocant) viritim distribuat Cruci offerendum. Et huius diei oblatio cum alijs quæ Collegio ex funeralibus proveniunt, prout de iure debetur, parochiæ matrici Ecclesiæ, in qua situm est Collegiū, eadem die præcepto Rectoris per unum capellanum fideliter consignetur. *Vide statutū septimū D. Navar.*

In festis autem duplicibus, vel maioribus, scilicet, Nativitatis, cum duobus sequentibus, Circuncisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, Trinitatis, Corporis Christi. Et in festis gloriosæ virginis Mariæ, Nativitatis beati Ioannis Baptistæ. Ac Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. Beati quoq; Iacobi patroni Hispanorum. Et in festivitatibus quatuor Doctorum Ecclesiæ, ac Sanctorum Isidori, & Leandri, necnon divi Thomæ Aquinatis, ac Sancti Nicolai, & beatæ Catherinę, ac Sancti Michaelis, & Omnium Sanctorum, ac sequenti die in commemoratione defunctorum, & in dedicatione capellæ, quæ fuit decima septima die mensis Maij, anni Domini millesimi quingentesimi sexti; vesperas hora cōgrua in vigilia, & matutinas tam in hyeme quam in æstate post cœnam dicere teneātur. Proviso, quòd cœna antecipetur per horā ante, quàm alijs diebus fieri consuevit. Missa quoq; sequenti die hora tertiarū, & secundæ vesperæ eadē die hora cōpetenti cantentur.

Sed matutinas Nativitatis Domini nostri IESV Christi media nocte cantari, & lectiones integras sine interpositione cantionum vulgarium serio (ut divinam rem decet) dici iubemus. Providentes etiam, ut divina officia cantentur in capella Collegij sumissiori voce, instar Hieronymitarum: exceptis hymnis & canticis, quæ altiori voce psali volumus.

Præterea, ne officia studentium prorrogentur, inhibemus, ne organa in capella unquàm esse permittantur. Adijcientes, quòd quoties in commemoratis diebus, in dicta Ecclesia cathedrali erit sermo, Missa celebretur tali hora, quòd Collegiales possint interesse sermoni: ex quo incomparabilis hauritur utilitas, quam rem Rector diligenter provideat.

Præcipimus prætere, quòd divinum officium dicatur in dicta capella secundùm Sanctæ Ecclesiæ Hispalēsis ritum. Qui verò matutinis usq; ad finem invitatorij inclusivè non interfuerit, & usq; ad finem matutinarum non perseveraverit (legitima cessante causa) sequenti die in pane & aqua coram omnibus ultimus ad primam mensam pœniteat.

Etiam volumus, quòd quolibet sabbato tempestivè cantetur prima Missa de Domina nostra medio tono instar Hieronymorum, cui omnes teneantur interesse cum superpellicijs, & celebrabit eam hebdomadarius primæ Missæ, nisi Rector, vel alius Collegialis pro sua devotione eam celebrare voluerit. Et qui huic Missæ ab Introitu, usq; ad Ite Missa est inclusivè, non interfuerit, portione illius diei sit privatus. Vesperi autem sabbati hora consueta Salve Regina sine interpositione aliarum laudum semper cantetur: & in fine fiat cōmemoratio pro animabus Fundatoris, parentum, maiorum, fratrum, ac benefactorum: ut in fine gratiarum ad mensam institutum est.

CONSTITVTIO XLIII.

De officio peragendo à Collegialibus pro animabus Fundatoris, & parentum, ac maiorum, fratrum, & benefactorum suorum.



RAETEREA (quia præfatos Collegiales actori tanti beneficij, quod in Collegio quotidie recipiunt, reddit gratitudinis officium obnoxios) monemus eos, & exortamur in Domino, quòd dicti Fundatoris, & parentū, ac maiorum, fratrū, & benefactorum suorū animas in suis orationibus & sacrificijs semper Deo devotè comendēt. Verùm, ut pro prędicto beneficio in domo Dñi aliquid spirituale offerant pensionis, ordinamus, & statuimus, quòd

quilibet

quilibet Sacerdos de Collegio pro dictis animabus unam saltem Missam in mense celebrare teneatur, nisi fuerit legitimè impeditus. Quo casu una die illius mensis loco illius Missæ integrum Officium defunctorum dicere teneatur. Alij verò omnes non presbyteri semel in qualibet septimana septem Pœnitentiales Psalmos cum Letanijs, & orationibus omnibus dicere teneantur. Siquis autem ingratitudinis (quæ est ventus urens) vitio laborans hoc salutare statutum implere neglexerit, Rectoris arbitrio puniatur: & necessariò quæ omisserit, dicere teneatur. Et de impletione eiusmodi obligationis, & eius, quæ circa Officium Virginis dicendum institutum est, teneatur quilibet super hoc requisitus fidem facere Rectori, etiam si petierit proprio juramento.

Constitvtio XLIV.

Quot & quæ anniversaria dicere teneantur annuatim capellani, & Collegiales.

RVRSVS ordinamus, & statuimus, quòd quolibet anno cantentur in Collegio quinq; anniversaria ordine subscripto, scilicet, primum pro maioribus, & fratribus, ac benefactoribus Fundatoris. Secundum verò pridie ante diem depositionis Fundatoris in vesperis, & sequenti die in Missa: & ea die depositionis quilibet Collegialis & capellanus dicti Collegij totum Officium defunctorum pro ipsius Fundatoris, & maiorum, fratrum, ac benefactorum suorum animabus dicere teneatur.

OBIIT XX JANVA. ANN. MDIX

Cæterùm, quia Maria Sanchez fæmina religiosa singulari prudentia sua, & sedula solicitudine multùm per omnem modum zelo Dei accensa contulit, ut Collegium à principio ad finem usq; conduceretur, & in multis alijs longo tempore, pio & materno amore, ac vigilanti solicitudine integritatem, & religionem domus nostræ sustentavit, & auxit: ne ingratitudinis vitio (quod absit) meritò damnemur, tertium anniversarium simile pro ipsius, & suorum animabus singulis annis ea die qua viam universæ fuerit carnis ingressa, præcipimus celebrari.

Verùm, quoniam domina Leonora del Alcaçar, fœmina honesta, & verè religiosa, soror domini Garciæ del Alcaçar, nobis nomine Collegij centum quinquaginta millium myriadum donavit ad emēdam dotem pro una capellania perpetua in Collegio cantanda, & duobus anniversarijs dicendis, uno pro anima dicti domini Garciæ del Alcaçar, & parentū ac benefactorum suorum die suæ depositionis, scilicet, die mensis.

Anniversarium verò duarum sororum celebrabitur in die depositionis dominæ Leonoræ,scilicet,die, mensis. In omnibus verò dictis anniversarijs solùm quatuor cereos in vigilia & Missa ardere volumus. Alio pro animabus dictæ dominæ Leonoræ, & Annæ del Alcaçar, ac parentum, & benefactorum suorum.Et nos nomine Collegij suscepimus donationem,acceptavimus,& stipulati sumus:volumus,& districtè mandamus, quòd tàm dicta capellania perpetua,quàm dicta duo anniversaria căten tur annuatim in dicto Collegio : cuius omnia bona ad id opus implendum in perpetuum obligavimus,ut latiùs patet per quoddam instrumẽ tum inter dictam dominam & nos,tanquàm patronum proprio & Collegij nomine celebratum:quod inter alia iura Collegij in archivis condi iussimus. Modus autem cantandi capellaniam in constitutione est expressus.

Item volumus, & mandamus, quòd Missa Collegij,quæ est secunda, in Kalendis Iunijs dicatur pro defuncto Petro Gundisalvo de Alcocer Doctore iuris Pontificij,& Canonico Nispalensi: qui quinq; millia Vincentij Collegio legavit. Si quis verò capellanus,vel Collegialis officij gratitudinis immemor, non interfuerit omnibus officijs supradictis iusta, & legitima causa cessante, de qua fidem teneatur facere Rectori, vel per proprium iuramentum) aut circa illa negligens fuerit, vel remissus,aut Rectori ea in re modo aliquo inobediens, in pane & aqua coram omnibus illo die pœniteat,vel aliàs arbitrio Rectoris pœnitentia graviori castigetur.

CONSTITVTIO XLV.

Quæ personæ possint Collegium intrare ad audiendũ divina, vel ad visitandum Collegiales, & de punitione illius, qui mulierem aliquam intromiserit.



VOLENTES honestati domus, & animarum saluti consulere, ordinamus, & statuimus, quòd in capella dictæ domus ad divina officia audienda (ultra domesticos) possint quivis alij, sive fuerint clerici, sive laici convenire : dũtamen ex hoc nulli prejudiciũ generetur. Præterea, honestæ mulieres vicinæ, quando Missa celebrabitur, possint eam audire, & Missa dicta absq; confabulatione,vel unius verbi cum aliquo de Collegio quamprimùm abscedere.

Et

Et quia conversatio mulierum, etiam honestarum, quàm maximè viris ecclesiasticis, & scolasticis est periculosa, ac proinde quàm diligentissimè vitanda. Interdicimus expressè, ac districtè inhibemus, ne quis mulieres aliquas quantuncunq; honestas, in dicto Collegio audeat modo aliquo introducere. Qui verò secùs fecerit, graviter à Rectore cum consiliarijs puniatur: nisi forte mater, vel soror (aut tales personæ, inter quas naturale fœdus nihil permisserit perniciosi sceleris suspicari) venerit aliquem visitatum. Nam tunc de licentia Rectoris, prius petita & obtenta, tales introduci possunt per earum coniunctos ad videndum domum, & per breve tempus, ac publicè retineri. Si verò aliqua domina, vel honesta mulier ducta aliqua curiositate (quæ solet fæminas etiam honestas & bonas aliquando pulsare) voluerit videre Collegiũ: per duos capellanos à Rectore nominatos introducatur cum comitiva sua, qui inferiores partes Collegij ei ostendant, & quousq; domum exeat, eam cõmitentur. Cameram tamẽ alicuius, aut secretum aliquem locum nullo pacto mulieres intrent. Ad pernoctandum verò, quantuncunq; sint coniunctæ per sensum, aut quacunq; ratione, vel causa, sive exquisito colore, etiam gravissima infirmitate urgente, minimè admittantur. Vnde quicunq; sit, Rector, aut quivis alius, qui ad pernoctandum in dicto Collegio quacunq; ocasione, vel quovis quæsito colore mulierem aliquam retinuerit (etiã si sit mater, vel soror, vel alia quantuncunq; coniuncta persona, etiam ætate decrepita) ultra pœnam perjurij in quam incidat, sit privatus ipso facto omni iure, quod ad Collegium habuerit, & de ipso protinùs & irremissibiliter expellatur.

CONSTITVTIO XXXXVI.

De actibus exercendis per Collegiales tam in lectionibus, quàm in disputationibus, & quòd non implicent se negotijs.

DENIQVE, quia teste Philosopho, ex actibus frequentatis generatur habitus, ordinamus, & statuimus, quòd omnes & singuli de Collegio quotidie audiant ad minùs unam lectionem in sua facultate, nisi legitima causa impediat, qui verò omisserit, portione illius diei mulctetur per Rectorem irremisibiliter. Item, quia ut ait sapiens: Ferrum ferro acuitur, & sic vir in facie proximi

fui, mandamus, quòd tàm in ſtate, quàm in hyeme poſt prandium immediatè, diebus dominicis,& alijs feſtis, quæ populus obſervat,per triduum ante poſita concluſio, & affixa à Theologo & Canoniſta per turnum in foribus generalis ſuæ facultatis, ſuſtentetur: ad quam quilibet de una facultate ſeorſim ab alijs conveniant: & modeſtè, ac ordinatè arguant: & ſi concluſionem proponens evadere argumentum forſitam ignoraret,provectior conſociorum, cui lector demandaverit, illum pro virili ſua defendere teneatur, & ſi aliquod in concertatione dubium remanſerit, lector illud aperiat,& difiniat. Verùm,quia aliquando nimis elongantur eiuſmodi contentiones, & in eis multum temporis perditur, ad mandatum lectoris deſiſtat arguens,vel reſpondens.

Volumus etiam, quòd quilibet de Collegio ſtudens,ad ponendas,& ſuſtentandas dictas concluſiones,ut dictum eſt,per turnum in ſua facultate teneatur ſub pœna privationis portionis trium dierum. Quæ pœna creſcat creſcente contumatia: quam pœnam Rector cum ſuis cōſiliarijs diligenter exequetur contra inobedientes,aut ſcandaloſos:ipſoſq; ſcholares,& etiam capellanos in Domino exortamur,quòd tàm in his,quàm in cæteris graviter & modeſtè, ac urbanè, & comiter ſe habeant inter ſe: ut proficientes de virtute in virtutem,in via Domini convaleſcant. Non vagentur per civitatem,ſed domi contineant,ac literis obnoxiùs,&indefeſsè indulgeant:quia ſecūdùm Hieronymum, clericum facit ſolitudo, non publicum: & beatus Hieremias de talibus ait,Bonum eſt iuveni, ſi portaverit iugum ab adoleſcentia ſua,ſedebit ſolus & tacebit,quia levavit ſe ſupra ſe. Et ſapiens ait:Percurre prior in domum tuam,& illic advoca te,& age conceptiones tuas. Vnde,ne occaſioné divagandi habeat, & quia nemo(utApoſtolus ait)militans Chriſto implicat ſe negotijs ſecularibus:diſtrictè inhibemus,ne ſe negotijs immiſceant,aut ea quærat: quinimò ſi ſponte ſe obtulerint, è ſe prorſus excuciant, ut,non negotiatores,ſed doctiores & ſapientiores in fine ſui octonarij à Collegio diſcedant.Quapropter ſi cōtingat eſſe ſtudium generale in hac urbe, expreſsè prohibemus,ne Collegialis aliquod officium,etiam ſi fuerit pium,in eo habere poſsit. Etiam inhibemus ſub pœna perjurij,& privationis proviſionis unius anni,in quam incidat ipſo facto, ne quis Collegialis poſsit prædicare in tota civitate extra Collegium,niſi bis in anno,& poſtquàm per quadriennium Theologiæ operam dederit in Collegio.

Item,quia uſus præſertim in loquendo,maximā vim habet,& condecet viros ſcholaſticos latinè loqui: ordinamus, & ſtatuimus, quòd omnes de Collegio, etiam famuli, ſi rudimenta grāmaticæ caluerint,latinè ſemper loquantur, ſub pœna unius myriadis pro vice qualibet, ad quod melius

melius exequendum,acusator per turnum quolibet mense deputetur, arbitrio Rectoris puniendus si se negligenter gesserit.

CONSTITVTIO XXXVII.
Quomodo Collegiales se possunt opponere Cathedris, vel substitutionibus,ac lecturis extra Collegium.

PRAETEREA ordinamus,& statuimus,quòd si aliquando in dicta vrbe ad aliquam lecturam se opposuerint aliqui lectores,& inter eos plures Collegiales se opponere voluerint, ad vitandam inter eos zizaniam,& discordiam , quisque eorum lectionem inter Collegiales legat de materia sibi per Rectorem, & consiliarios consignata:post hæc verò,omnibus simul in capella, vel sacristia congregatis,idem Rector iurabit;& ab alijs iuramẽtum recipiet, quòd nullus eorum,odio,timore,gratia,vel favore votum suum præstabit,nisi ei,quem secundùm Deum,& bonam conscientiam , ad dictam lecturam regendam sufficientiorem crediderit. Quo præstito, omnes singulatim balotent pro singulis,& qui plures habuerit balotas,solus ad lecturam se opponere possit.

CONSTITVTIO XXXVIII.
Quo tempore porta claudi debeat, & de pœna infligenda illis, qui clausa porta venerint, aut per fenestram, vel parietes exierint, vel Collegio se absentaverint.

CAETERVM, quia pernoctare extra domum minimè congruit scholasticæ honestati,ordinamus, & statuimus , quòd quolibet vesperi,quando Ave Maria pulsatur (quo etiam tẽpore campanam Collegij pulsari mandamus) porta maior Collegij claudatur per aliquem ad hoc specialiter à Rectore,& consiliarijs deputatum,& clavis incunctanter in manu Rectoris reponatur , nec aperiatur dicta porta,donec clarescat dies , qua ita lucente, vt pecunia in manu discerni posSit,Rector, vel aliquis fidelis ab eo missus aperiat

ctam: & tunc liceat impugnè cuicunque exire domum: nisi fortè aliquis casus necessitatis occurreret(quem in arbitrio Rectoris, & duorum saltem consiliariorum dimittimus) propter quem aliqua portarum foret necessariò aperienda. Porta vero servitij semper maneat clausa, & clavis eius apud Rectorem, de cuius licentia ad aliqued servitium necessarium aperienda sit. Quo finito quàm primum claudatur, & clavem Rector recipiat, & servet diligenter. Si quis autem de Collegio post clausam portam venerit ad Collegium, nullatenus, ei aperiatur, nisi per Rectorem, & duos ad minùs consiliariorum: & nihilominus sequenti die in panne, & aqua in terra pœniteat in prandio coram omnibus, & nullus alius ei cibus vsque ad cœnam ministretur, nisi aliqua iusta, & rationabilis causa(quæ per Rectorem. & consiliarios, vel maiorem partem eorum probetur)ipsum legitimè excusaverit, super quo eorum conscientiam oneramus.

Si verò, secundò in eundem errorem inciderit, tribus cōtinuis diebus in panne, & aqua in terra corā omnibus pœniteat, sine ulterioris cibi spe. Si autem tertio id ommittat, ipso sit facto privatus omni iure, quod ad Collegium habet, & de illo protinùs statim expellatur.

Deniq, si quis de Collegio(etiam famulus)extra Collegium pernoctaverit sine Rectoris, & consiliariorum licentia speciali (quam nisi ex iusta, urgenti, & rationabili causa concedi alicui prohibemus, quam causam eorum arbitrio committimus, suam conscientiam onerātes)pro prima vice sit privatus medietate provisionis totius anni, & tribus diebus in panne, & aqua in terra coram omnibus pœniteat: pro secunda verò vice sit privatus provisione totius anni, & nihilominus sex diebus in panne, & aqua coram omnibus in terra pœniteat: pro tertia autem vice de Collegio protinús expellatur. Rector verò, qui(nisi de consensu maioris partis Collegij per balotas obtento, & pro causa honesta, & necessaria)extra Collegium pernoctaverit, ipso facto sit privatus officio Rectoratus pro prima vice, pro secunda verò, & tertia pœna pari cum alijs plectatur, vt paulò supra diffinitum est.

CONSTITVTIO XXXXIX.

Qui vitium carnis in Collegio commisserit, aut concubinam occultam, vel publicam habuerit, ius ad Collegium perdat.

AMPLIVS

AMPLIUS autem statuimus, & ordinamus, quòd quicunque in Collegio vitium carnis commiserit, aut in tota civitate, vel extra eam publicè, vel occultè concubinam habere convictus, vel cum aliqua deprehensus fuerit, ipso facto Collegio privatus existat: super qua re, ipse Rector cum suis consiliarijs, audito rumore de infamia, authoritatem onusque inquirendi habeant, ac constito de veritate, notorietate tali quæ nulla possit tergi versatione celari, vel legitima: simpliciter, & de planò sine strepitu figuræ iuditij (habita probatione, vel informatione) ipsum de Collegio expellant. Quod si dicti Rector, & consiliarij huius nostræ constitutionis executionem dissimulaverint, ipso facto in sententiam excommunicationis, & privationis ab omni iure, quod ad Collegium habent, incurrant: & domini visitatores cum toto Collegio, sub pœna perjurij, quam Collegiales non procurantes, aut faventes, aut non exequentes, ipsa omissione incurrant: tàm reum, quàm negligentes executores legis à Collegio irremissibiliter protinùs expellant.

CONSTITVTIO L.
Quòd nullus de Collegio intret domum alicuius vicini.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nullus de Collegio, quocunque quæsito colore, intret tabernam in tota civitate, vel domum alicuius vinici, & intelligimus vicinum, qui habitat intra totum ambitum Curiæ xericiensis, & arcis veteris, quæ vulgo dicitur el corral de Xerez, y el Alcaçar viejo. Quòd si aliquem Rectorem, vel Collegialem, vel capellanum, vel famulum contra fecisse comperiatur, ipso facto sit Collegio privatus, & de eo, modò in supradicta constitutione expresso, protinùs expellatur.

CONSTITVTIO LI.
Quòd nemo dormiat in camera alterius.

ORDINAMVS prætereà, & statuimus, quòd quivis de Collegio in camera sibi consignata die, ac nocte dormiat, & ad cameram alterius nullo pacto ad dormiendum se transferat: nisi in casu quo collega infirmaretur, & pietatis, atque ministerij gratia id faceret, & in tali casu fieri non possit, nisi cum licentia Rectoris

ctoris prius petita, & obtenta: super qua re Rectoris conscientiam oneramus. Qui autem transgressor huius constitutionis extiterit, pro prima vice à portione sex dierum privetur, pro secunda verò portione vnius mensis, pro tertia autem toto iure Collegij sit ipso facto privatus.

CONSTITVTIO LII.

Quòd nemo extrarius in Collegio dormiat.

ETIAM ordinamus, & inhibemus, sub pœna excomunicationis, quam ipso facto incurrat recipiens, & privationis portionis semestris eidem recipienti, & Rectori non punienti, vel cuicunque scienti, & non revelanti, quòd nemo extrarius cuiuscunque conditionis, aut gradus consanguinitatis, aut affinitatis, aut amicitiæ sit cum aliquo de Collegio, dormire ibi die, aut nocte posit. Nec aliquis eorum, qui ad Ecclesiam immunitatis gratia confugiunt: super qua re Rectori, & omnibus de Collegio dispensandi facultatem omninò addimimus.

CONSTITVTIO LIII.

Quòd Rector quoties voluerit, posit intrare cameram cuiuscunque de Collegio.

ITEM ordinamus, & statuimus, quòd si Rector in cameram cuiuscunque de Collegio die noctuque intrare voluerit: incunctanter illi apperiatur, & libere eam explorare posit. Quòd si quis de Collegio resistere voluerit, ipso facto sit Collegio privatus.

CONSTITVTIO LIIII.

Quòd nemo sine collega extra Collegium exeat.

QVONIAM constat nobis doctrina Domini, binos collegas salubrius, atque honestius incedere, & sapiens ait. Ve soli, quoniam si ceciderit, non habet sublebantem. Rursum Aristoteles dixit, duo simul euntes in omni re validiores erunt, & ita conducit honestati Collegialium, qui benè institutis religiosis mentò com-

comparantur. Statuimus, & ordinamus, quòd nullus de Collegio exeat per ciuitatem, nec etiam ad campum sine collega, & cum rationabili causa: ac licentia Rectoris, aut in eius absentia Vicerectoris petita, & obtenta: nisi ad lectionem, vel sermonem iuerit.

CONSTITVTIO LV.

Quòd semper seruetur silentium præsertim in choro, reffectorio, & capitulo. Et pulsationes instrumentorum musicorum, aut choreæ in Collegio inhibeantur.

PROINDE quia silentium in choro, reffectorio, & capitulo Ecclesiasticæ honestati & scholasticæ vtilitati quam maximè conducit. Præsenti constitutione sancimus, quod in dictis locis strictissimè obseruetur. Et contra facientem Rector, aut in eius absentia primò sedens in dictis locis, pro arbitrio grauiter puniat.

Præterea, quoniam secundùm sanctorum patrum sententiam in choreis crebriùs, & faciliùs, diabolus hominum animos illaqueat, sibique deuincit. Præsenti constitutione sancimus, quòd in Collegio non fiant choreæ, aut dancæ, vel instrumentorum musicorum pulsationes. Quibus proculdubio, & mens à contemplatione, & ab studio distrahitur, ac collegarum mentes alterantur. Qui verò contra fecerit: etiam in die accepti gradus, aut cantationis nouæ missæ: vltra pœnam periurij, quam incurrat ipso facto, arbitrio Rectoris, & consiliariorum puniatur.

CONSTITVTIO LVI.

De ludo vitando.

QVIA ex illicitis ludis multa incommoda, maximè studentibus, sequuntur, ordinamus, & statuimus, quòd nemo domesticus, aut extrarius in Collegio possit ludere ad aleas, taxilos, vel cartas, vel pilam, vel scacos, aut cætera his similia. Qui verò contra fecerit, pro prima vice prouisione duorum, pro secunda verò quatuor mensium, pro tertia omni iure, & commodo, quod in Collegio habet,

bet, fit privatus: quam pœnam etiam volumus incurrere Rectorem, vel in eius absentia vice Rectorem, si quem extrarium permisserit in Collegio aliquem prædictorum ludorum exercere.

CONSTITVTIO LVII.

De murmuratione, & contentione vitandis in reffectorio, & coquina, vel alibi, & de pœna eius, qui non obedierit Rectori mulctanti, aut negatam portionem rapuerit, & quid agendum, si contentio inter Rectorem, & aliquem de Collgio acciderit.



OLVMMS etiam, & mandamus, quòd nullus Collegialium, aut capellanorum cuiuscunque sit conditionis murmuret, aut tumultum faciat in reffectorio, aut in coquina, vel alibi quia ei non datur talis portio, qualem velet, etiam si tota ei portio auferretur: aut ob aliam causam. Sed si aliquid gravaminis, aut iniuriæ sibi allarum senserit, paccatè, ac modestè conveniat postea Rectorem, & si opus fuerit consiliarios, aut aliquem, vel aliquos eorum, & proponat eis quærelam suam. Qui fine mora, ac dolo, & fraude iustitiã sibi administrent. Quòd si quis secus faciens pacem turbaverit: in panne, & aqua in prandio, & in terra coram omnibus una vice pœniteat. Si verò contentio, murmur, vel tumultus inter Collegiales ortus fuerit, Rector, quàm primùm diligentissimé illud paccare studeat, & postea cum consiliarijs suis authorem, & causas inquirat, & quem in culpa invenerit iustè puniat.

Volumus etiam, quòd si quis per Rectorem sine consiliarijs, aut cum eis ob horum statutorum transgressionem mulctatus fuerit; & non pacienter tulerit atque obedienter, crescente inobedientia, crescat, & pœna. Quòd si quis mulctatus portionem repuerit, ipso facto sit à Collegio perpetuo ex pulsus, quam quidem expulsionem omnes Collegiales protinùs exequãtur. Verúm, si inter Rectorem, & quempiam de Collegio contentio orta fuerit, ipsi consiliarij, aut duo eorum, sub pœna eis vila, silentium liti imponant. Ad quod servandum tàm Rector, quàm cũ eo cótendens sine mora teneãtur, sub pœna privationis portionis unius mensis.

mensis. Ad quam exequendam cõsiliarij cum omnibus Collegialibus, sub perjurij pœna teneantur. Et nihilominus consiliarij, habita informatione veridica, si Rectorem reum inuenerint, charitativè eum moneant, vt à ceptis desistat, & temperet. At si, quòd absit, gravius in subdictum commisserit, visitationi puniendum reservent. Si verò Collegialem, vel capellanum, vel alium de Collegio excessisse compererint: eum pro arbitrio puniant, habita semper prudenti, ac salubri ratione authoritatis Rectoris, & iustitiæ.

CONSTITVTIO LVIII.

Ne quis Rectorem convitio afficiat.

ENIMVERO, quia authoritas in regendo, est quàm maximé necessaria, districtè prohibemus, ne quispiam de Collegio verbo inhonesto, aut turpi, vel iniurioso, & irreverenti, vel convitio aliquo Rectorem afficiat. Si quis verò insolens contra fecerit, consiliarij eum pro arbitrio castigent acriter, & puniant.

CONSTITVTIO LIX.

De concordia ponenda inter rixantes, & de pœna infligenda foventi partem alterius rixantium.

ITEM, si contigerit duos de Collegio domi, vel extra rixari, volumus omnes stantes, eos ad concordiam, quantúm in eis fuerit, redducere, & ille de numero rixantium, qui noluerit pacem habere, monitus per Rectorem, & consiliarios, teneatur ex tunc exire Collegium, sub pœna perjurij, & tandiu extra maneat, quã diu in sua permanserit contumatia, Quòd si fortè tres dies naturales pertinax extra Collegium perseveraverit, & suplex à Rectore, & consiliarijs imploraturus veniam non reddierit, perpetuò ei regressus Collegij sit interdictus, & alius loco eius secundùm ordinem superius institutum subrogetur. Quòd si fortè quis durante rixa, verbo partem alterius rixantiũ foverit, quinque diebus solus in mensa collocetur in prandio, quibus solo panne, & aqua sustentetur, & nihilominùs sit privatus provisione duo

rum

rum mensium pro prima vice, pro secunda verò pœnas ante dictas volumus duplicari. Si autem tertia vice ea in re inveniatur reus, quindecim diebus pœniteat in panne, & aqua in prandio, & sex mensium provisione privatus existat.

Constitutio LX.

De conservatione pecuniarum, & instrumentorum, & aliarum scripturarum Collegij, & inventarijs faciendis de rebus Collegij.

QVIA necesse est conservationi pecuniarum, & iurium, ac instrumentorum, & aliarum scripturarum, ac inventariorum rerum Collegij providere. Ordinamus, & statuimus, quòd in sacristia dictæ domus sit semper una fortis archa, in qua pecuniæ reponantur, & fideliter conserventur. Quæ archa quatuor diversis clavibus claudatur, sine quibus omnibus non valeat apperiri. Quarum unam teneat Rector: & quilibet consiliariorum unam. Originalia autem instrumentorum, & privilegiorum ponantur in una alia fortissima capsula in sacristiæ pariete posita in archivis ad hoc, & alia deputatis. Quæ quidem duabus clavibus sit firmissimè clausa, & nunquàm aperiatur: nisi cum magna, gravi, & urgentissima necessitate, & causa: quæ duæ claves in archa maiore serventur. Copiæ verò omnium originalium benè authenticatæ, & solemniter insinuatæ in capsonio aliquo archæ maioris supradictæ reponantur, ubi fideliter conserventur, ut cum expediens fuerit propter aliquam Collegij litem, faciliter producantur. Aliàs verò, nisi urgentissima necessitas immineret, de magna capsa prędicta nullatenùs extrahantur. Quo etiam casu caveant attentissimè Rector, & consiliarij, quòd expedito negotio quàm citissimè recuperentur, & in archa reponantur, ne propter negligentiam aliquod eorum amittatur, sub pœna privationis portionis unius anni, in quam incidant ipso facto. Et nihilominùs instrumentum, quod deperditum fuerit (si de protocollo scribarum, aut notariorũ publicorum haberi nõ potuerit) impensis ipsorum negligentium de originalibus authentice transcribatur, & in loco suo reponatur.

Volumus præterea, quòd ultra hoc, sit unus liber pergamineus in dicta capsa maiore, in quo omnia privilegia, instrumenta, & scripturæ

dicti

dicti Collegij ad literam authenticè sint registrata, ut ad tale registrum pro dubiorum declaratione, si qua emerserint, recurratur. Item sigilla dicti Collegij in dicta archa maiori semper conseruentur: caveantque diligenter Rector, & consiliarij, ne indiscretè, aut minus consideratè aliquæ literæ sigillo Collegij sigillentur, quæ res fortasse in futurum Collegio perniciosa foret. Nec unquàm aliquæ literæ sigillentur, quæ prius in præsentia Collegij primitus non legantur, atque sigillationi maior pars Collegij consenserit, ac Rector cum consiliarijs, vel maiore ipsorum parte in literis se subscripserint, nisi fortè essent literæ, ad quas mittendas per Collegij constitutiones astringerentur, nam tales volumus, quòd Rector cum consiliaris, vel maiore eorum parte, etiam toto Collegio contradicente, expedire possit.

Fiant insuper tria inventaria in pergameno, in quorum uno omnes libri divinorum officiorum, calices, paramenta, Ecclesiastica ornamenta, omniaque alia, quæ pertinent ad capellam: & etiam omnes Bibliothecæ libri per ordinē conscribantur. In secundo omnia privilegia, litteræ, instrumenta, & domus tam intra urbem, quàm extra cum suis membris, & cōfinibus, possessiones quoque extra urbem cum suis limittibus, & mensuris. iura etiā quælibet, census, & tributa, ac singuli proventus, tàm ex rebus spiritualibus, quàm ex temporalibus per ordinem describantur. In tertio verò vasa utensilia, ac omnia supellectilia, res etiam mobiles dictæ domus cum suis qualitatibus, ubicunque sint, sive in cameris, sive in Collegio, sive in domibus, aut possessionibus Collegij, cū illorum nominibus, penes quos res illæ fuerint, sive quibus fuerint noviter consignatæ, fideliter sint digestæ. Quæ quidem inventaria in arca maiori prædicta cum instrumentis alijs conserventur, & cum his inventarijs, Rectoribus novis in principio officij eorum singula consignētur. Dictaque inventaria ter in anno coram omnibus de Collegio per ordinem perlegantur, scilicet, finita lectione statutorum qualibet vice, ut supra dictum est, & tunc quæ de novo habita, & acquisita seorsum, & illa quæ cōsumpta, vel perdita essent, similiter seorsum sub forma publica describantur: illos, quorum negligentia, vel dolo perdita fuerint: ad restitutionem, vel emendam penitus compellendo in forma superiús in alijs statis expressa. Si autem contigerit aliquid de his, quæ in inventarijs descripta sunt, alicui consignari debere ex aliqua necessitate: scribatur illud, & qua ex causa, & quibus præsentibus, & quo die, mense, & anno, & ex cuius mandato tradditum fuerit. Subscribanturque per dantem, ac suscipientem, ut commodiùs repeti possit, si in restituendo resistentia aliqua tentata fuerit. Et prædicta inventa-

taria

taria facere teneantur Rector, & consiliarij sub debito iuramenti.

CONSTITVTIO LXI.

De custodia Bibliothecæ, & librorum, & quòd ponantur tabulæ, in quibus omnes libri per ordinem conscribantur, & de punitione illius, vel illorum, qui de ea aliquid furtivè subtraxerint.

CVM thesaurus librorũ sit preciosissimus, ac proinde summa cũ diligẽtia servandus, ordinamus, & statuimus, ut in Bibliotheca per banchas seriatim locatas, omnes libri per nos ipsi Collegio donati, vel qui in futurum per Collegiũ ipsum, vel per alios undecũq; acreverint, ponantur per ordinẽ singularũ facultatũ catenati, & ipsa ferra catenas tenentia, in singulis banchis, singulis feris, & clavibus claudantur. Quæ claves in communi arca, de qua constitutione superiori dictum est, reponantur, & omni vigilantia conserventur. Fiat etiam tabula, in qua, omnes libri contenti in quibuslibet voluminibus dexteræ partis per ordinem describantur cum eorũ principijs, & finibus, quæ et affigatur in dextris in loco commodò, et alia similis fiat librorum sinistræ partis: & pari modo situetur in sinistris. Nullusque dictorum librorum ex Bibliotheca extrahi possit, nisi fortè pro ipso aptando, et ligando. Nec etiam possit ullo pacto commodari alicui domestico, vel extrario quocunq; quæsito colore. Quicunque verò, talem rem consentire præsumpserit, modò sit Rector, modò consiliarius, aut quivis alius in pœnam perjurij incidat ipso facto, et nihilominús si liber haberi potuerit, teneatur quamprimùm ipsum restituere. Si verò perditus fuerit: omnes consentientes, Collegium servare indemne, et de suo proprio restituere teneantur, et donec satisfecerint, sint privati victu, omnibusque emolumentis, quæ eis debentur à Collegio. Dictæ verò Bibliothecæ quilibet Collegialis, et capellanus possit habere suam clavem: vltra quã sit una maior communis, qua omni mane aperiatur, et omni vespere claudatur, ut sit eis liberum in Bibliothecam studendi gratia se recipere, vel possint deputare aliquem specialem librariſtam, qui certis horis aperiat, et claudat eam, vel aliàs prout eis commodiús, et securiùs,

ac

ac cautiús videbitur expedire,vsque adeò cautè providentes,quò in ipsis libris non posit sinistrum aliquod evenire. Ea propter etiam præcipimus,quòd nullus lucernam,vel candelam in Bibliothecam intromittat.
prohibemus præterea expressè,ne extranium aliquem absque Rectoris,vel Bibliothecarij licentia,sub pœna perjurij, quis in Bibliothecam valeat introducere.Denique quando Bibliotheca fuerit exteris aperta, unus de domo cui Rector iniūxerit,vel Bibliothecarius debeat esse præsens,ne damnum aliquod libris posit inferri. Quicunque verò de Collegio compertus fuerit,aliquid de Bibliotheca, furtò, vel alio quovis modo abstulisse: etiam vel unam chartam, aut eis valorem, vltra pœnam perjurij, in quam incidat ipso facto, sit privatus omni iure, quod ad Collegium habuerit, & satisfactione priùs facta, de domo protinùs expellatur.

Constitvtio LXII.
De pœna furtivè invadentium res Collegij.


ITEM statuimus,& ordinamus,quòd si aliquis de Collegialibus,capellanis,vel servitoribus dictæ domus: de coquina, vel cellario,vel cella vinaria,vel horreo, aut alijs locis ubi res Collegij reponuntur, & conservantur, vel de alicuius camera pannem, vinum, vel carnes, aut triticum, vel rem aliquam de bonis Collegij, aut alicuius de Collegio furtive subtraxerit, aut fieri consenserit, vel consilium, auxilium, aut favorem dederit, vel sciverit,& facientem Rectori non revelaverit: aut particeps criminis quoquomodo fuerit: ultra emendam, ad quam, ipso, principalis subtrahens,vel eo non solvente, quilibet prædictorum in solidum teneatur:ipse reus,omnesque alij participes in crimine de Collegio protinùs expellantur.

Constitvtio LXIII.
De custodia rerum Collegij, & eius indemnitate servanda ac pœna inuadentium eas.


RAETEREA, quia ut in proverbio dicitur: Non minús est,rem conservare,quàm de novo construere,ordinamus,& statuimus, quòd quicunque de Collegio modò sit Rector, modò scholaris,aut capellanus,ant œconomus,vel famulus, de bonis Collegij,vltra bona illa quæ in hoc,& alijs nostris statutis eis

 per-

permissa sunt,& concessa,aliquid receperit, & suis usibus applicaverit, ultra pœnam perjurij,in quàm incidat ipso facto,sit privatus omni iure, quod ad Collegium habuerit,& de ipso pœnitùs expellatur,& aliàs Rectoris,& consiliariorum arbitrio puniatur, Collegiumque ipsum semper servetur indemne. Ita nanque concedimus Rectori,& consiliarijs, quòd possint omnem supplere deffectum circa negotia,& servitia Collegij,quomodolibet emergentia,ac facere, & ordinare omnia, & singula,quæ necessitati,& utilitati,ac commodo dicti Collegij cognoverint expedire,ut aliquid de bonis Collegij tàm mobilibus, quàm immobilibus,aut alijs iuribus tam spiritualibus,quam temporalibus, dicto Collegio per nos donatis,aut derelictis,ac alijs acquisitis,& acquirendis, & de libris Bibliotecæ,& capellæ ornamentis:ac vasis domus,vendere, distrahere, donare, vel quomodolibet alienare, aut suis usibus applicare; etiam quavis instante, aut urgente necessitate, nullatenùs possint. Etiam si totum Collegium, nemine discrepante, in tali dispositione concurreret cum eisdem,nec etiam liceat eis permutare, nisi ex permutatione Collegio maxima, & evidentissima sequatur utilitas : & in tali casu id non liceat sine authoritate,& decreto visitatorum, & toto consentiente Collegio.Super qua re,quia in ea mille doli, fraudesque contingere solent, quàm maximè invigilent. Quòd si secùs aliquid factum fuerit,tàm ipsi facientes, quàm consensum præstantes, aut dantes consilium,auxilium,vel favorem,& pro viribus non resistentes, ac obviantes,scientes,& non revelantes visitatoribus, & apud eos, ut provideant,non instantes.in supradictam pœnam perjurij,& privationis Collegij,& incarcerationis incidant ipso facto. Et nihilominùs quod contra factum fuerit,sit irritum,& inane, & teneantur servare Collegium indemne de suo proprio,

Vinum tamen,& granum,oleum,& res alias mobiles, quæ servando servari non possunt, liberè possint vendere : secundùm quòd pro maiori utilitate Collegij eis videbitur expedire:& prætia ipsorum in necessitates, & utilitates Collegij, & personarum ipsius, statutorum ordine observato,convertere possint.

Possint etiam talia servitoribus Collegij benemeritis, & de quorum restitutione sint securi,accommodare:vel pro laboribus,& servitijs suis in recompensam dare, quia eiusmodi sub alienationis titulo minimè continentur.

CONS-

CONSTITVTIO LXIIII.

De provisionibus opportuno tempore faciendis.

ITEM, ordinamus,& statuimus, quòd Rector, & consiliarij opportuno tempore de victu,& vestitu,ac alijs rebus necessaris, provideant: quòd si non fecerint: damnum, aut incommodum, Collegio inde secutum, à visitatoribus tempore visitationis resarciri cogantur: nec eorum excusatio admitatur, si tẽpore provisionis faciendæ, pecuniam in communi arca non habuerint. Nam in tali casu ex nunc eos,& monemus,& eis licentiam damus, ad pecunias pro tali provisione facienda ab amicis, aut aliàs super pignore, usque ad futuros redditus quæritandas.

CONSTITVTIO LXV.

De solicitudine per Rectorem, & consiliarios, adhibenda circa debita Collegij recuperanda.

VERVM quoniam ex negligentia, quæ in bono sunt statu, in malum, & usque ad perditionem dilabuntur, teste sapiente, qui ait. Qui minima spernit, paulatim decidet: sub perjurij reatu astringimus,& Rectorem,& consiliarios, quòd sint solliciti,& diligentes circa recuperationem debitorum ipsius Collegij, & opportune, importuneque solicitent procuratorem, seu œconomum: ita, ut non veterascant debita, tàm pecuniarum, quàm aliarum rerum, sed suis terminis sint recuperata,& collecta,& cum rebus recuperatis, vel cũ legitimis diligentijs factis,& non alias, posint reddere suo tempore rationem. Adjicientes, quòd Rector, vel Collegialis, aut quivis alius de Collegio, qui aliquam pecuniam Collegio debuerit, infra duodecim dies à creatione novi Rectoris, illam solvere teneatur. Quod si non fecerit, tàm diu à mensa Collegij privatus existat: quo ad debitum integré persolverit.

De possessionibus Collegij visitandis per Rectorem, & Collegiales, & pœna negligentibus imponenda.



RDINAMUS etiam, & statuimus, quòd saltem semel in anno, vel pluries si necessitas exegerit, Rector, aut aliquis de Collegio, quem ad hoc Rector, & consiliarij duxerint eligendum, si fuerit ipse Rector legitimè impeditus, vadat cum œconomo, videant, & revideant, ac pro videant domos, edificia, possessiones, omniaque alia ad Collegium pertinentia; & si qua reparatione indiguerint, statim reparentur, ne quoquomodo ruere per desidiam permittantur. Quòd si necesse fuerit ire extra urbem ad aliquas possessiones visitandas: possit Rector duas equitaturas expensis Collegij conducere, & ipse, vel ipso legitimè impedito, ille, quem ipse, & consiliarij ad id opus elegerint, cum œconomo visitarum ire. Proviso, quòd huiusmodi visitationes solatij gratia nullatenùs fiant, in alio verò casu quàm in prædicto præcipimus, & districtè inhibebus, ne quispiam de Collegio die, vel noctu, vel una hora, intra ambitum Collegij, & clausuram eius, mulam, equumque, vel asinum, aliamve bestiam includant, aut teneant. Quò si quis de Collegio secús fecerit. portione sex mensium sit privatus, & Rector, aut vice Rector, qui alicui de Collegio, vel cuivis extrario, talem rem consenserit, sententiam excommunicationis incidat ipso facto, à qua nisi priùs Collegio de danno satisfaciat, minimè absolvatur. Et ut ipsæ possessiones, ac domus, sint notæ omnibus de Collegio, volumus, & mandamus, quòd quilibet Collegialis, ac capellanus, infra sex menses à die receptionis suæ teneatur visitare omnes domos, & possessiones, intra muros Hispalenses existentes, sub pœna privationis provisionis unius anni currentis à lapsu illorum sex mensium prædictorum, & œconomus, sive procurator teneatur ad mandatum Rectoris omnia, & singala ei ocularitet demostrare: & infra biennium à tempore supra dicto etiam teneatur recognoscere quidquid extra urbem Collegium habuerit. Quo bienno elapso, medietatè provisionis cuiuslibet anni privetur: donec purgaverit negligentiam. Possit tamen Rector cum consiliarijs dispensare cum legitimè impeditis.

CONSTITVTIO LXVII.

Quid ſit agendum, ſi ultra expenſas ordinarias, & extraordinarias, de bonis Collegij aliquid ſuper-fuerit.

PRAETEREA, quia conſideratis huius Collegij pijs operibus,& fructibus in Dei Eccleſia evidentibus, & conditione patriæ,in qua ſitum eſt:ſperamus facultates ipſius cum Dei, & glorioſæ Mirginis Mariæ præſidio,quibus dicatum eſt, augeri,& ſicut de virtute in virtutem creſcet, ita in redditibus profficere, ordinamus,& ſtatuimus,quòd quidquid ex fructibus dicti Collegij, vltra expenſas neceſſarias ſuperfuerit acreſcat theſauro dicti Collegij: & in communi arca,de qua ſuperius dictum eſt, fideliter reponatur, donec ad ſummam millium ducatorum ſit perventum,& in tali caſu conſervatis ſemper cccc. ducatus, pro theſauro, ad aliquas neceſsitates emergentes: de alijs per Rectorem, et conſiliarios,(notitia ſuper hoc Collegio priùs facta) emantur pro dicta domo aliquæ utiles poſſeſsiones, pro illis pijs operibus, de quibus inferiùs diſponetur: vel emantur ornamenta ,libri,& alia, quæ pro capella fuerint neceſſaria, vel etiam pro Bibliotheca, & quæcunque neceſſaria pro Collegio, vel edifficia Collegij, vel domorum, ac poſſeſsionum ipſius, inſtaurentur, vel ſi expendens fuerit, de novo edifficentur. Quæ omnia ſupradicta eius fieri poſsint, antequàm ad dictum numerum ſit perventum, quoties Rectori, & conſiliarijs videbitur expedire, & Collegio commodè fuerit poſsibile cum conſenſu Collegij, vel maioris partis. Si autem bona, redditus, & proventus dicti Collegij in tantum augmentari contingat, quòd pluribus Collegialibus ſufficere benè poſsit: ſi infra corpus Collegij ſecundùm numerum camerarum plures, quàm ſuperiùs eſt proviſum, commodè excipi poterint, volumus, & mandamus, quòd augeatur Collegialium numerus: dumtamen id fiat providè, & temperatè, quam rem circunſpectioni totius Collegij cum conſilio,& aſſenſu viſitatorum volumus provideri,in quorum receptione ordo ſupra expreſſus ſervetur. Si verò ob deffectum camerarũ,aut aliam legitimã,et rationabilẽ cauſam,

id commodè nequiverit fieri, mandamus, quòd pauperibus studentibus clericis, qui in hac vrbe literis capescendis indulgent, in eleemosinam erogetur cuilibet media portio eius, quod datur in cibo, & potu intra Collegium degenti, pro animabus mea, & parentum, fratrum, ac maiorum meorum, & pro animabus benefactorum ipsius Collegij. In qua quidem eleemosina dioecessani Hispalenses cæteris. & inter eos Carmonenses, & Vtrerenses, cæteris paribus alijs omnibus præferantur. At ubi studentes clerici fortè non essent, tales eleemosinæ erogentur pauperibus utriusque sexus, clausis, erubescentibus, quos vergonçantes vocitāt: vel maritandas puellas egenas adiuvent. Dum tamen fuerint personæ honestæ: quam rem Rectoris, & consiliariorum arbitrio committimus, cum consilio visitatorum, conscientiam omnium eorum onerantes.

Hoc maximè proviso, quòd commorantes intra Collegium, his, quæ habere debent iuxta horum statutorum dispositionem, propter dictas eleemosinas, vel in minimo nullatenùs defraudentur. Proviso etiam, quòd Rector, & consiliarij, sub hoc præ textu amicis, & consanguineis, eiusmodi eleemosinas minimè impartiantur.

CONSTITVTIO LXVIII.

Quis ordo sit tenendus, si redditus, & proventus Collegij contingat extenuari.



ERVMENIMVERO, licet esperamus in Domino, & divæ eius genitricis præsidio, quòd præfatum Collegium sufficienter dotatum relinquimus. Tamen quia ut experientia docente cognovimus, sæpenumero tempora variantur: & complures inopinati casus rebus contingunt humanis, qui eas infirmare, & languere compellunt: providentes, quòd si propter sterilitatem temporum, vel bellorum discrimina, aut aliam accidentem causam, ipsi redditus. & proventus, in tantum (quod absit) extenuari contingat, quòd ad impensas, quas hæc statuta disponunt, ipsi Collegio sufficere non valeant competenter, quòd de pecunijs, quæ erunt in arca thesauri dictæ domus, moderatæ fiant expensæ, prout Rectori, & consiliarijs videbitur expedire. Quæ impensæ tàm ordinariæ, quam extraordinariæ, si dictus thesaurus non sufficiat, pro tempore, quantum honestè fieri poterit, restringantur. Verùm si fortè hæc omnia non sufficerent: tunc expensæ extraordinariæ primò, secundò Collegialium provisiones, tertiò salaria

medici,

medici,& famulorum,atque aliorum officialium subtrahantur. Quibus omnibus non sufficientibus,expectetur vaccatio Collegialium,qui citò sunt completuri tempus suum,& illis exeuntibus, alij novi non eligantur,donec Collegiū ad pinguiorem venerit fortunam. Quòd si adhuc hæc non sufficiant:liceat Rectori,& cōsiliarijs,cum cōsilio visitatorum facta eis prius certa fide,plenaque informatione per ipsos Rectorem,& consiliarios,de dictorum proventuum extenuatione)de congregatione huiusmodi ad tempus,scilicet,donec sufficiat Collegium, scholares aliquos amovere de minús utilibus,& ad studium minùs aptis:super quo conscientias eorum oneramus. Quibus,mandamus,& volumus irrefragabiliter obediri,sub pœna perjurij,& totalis expulsionis, quas incurrāt ipso facto. Qui sic amoti,sufficiente iam domo,priùs restituātur,& post de novo eligendi locis vacantibus sufficiantur.

Constitvtio LIX.

De ratione administrationum reddenda per Rectorem,& consiliarios, in festo Sancti Ioannis Baptistæ,& in fine cuiuslibet anni.

ENIMVERO, quoniam villicus reddere tenetur rationem suæ villicationis, statuimus,& ordinamus, quòd Rector, & consiliarij de omnibus receptis,& expensis,& gestis,atque administratis per eos bis in anno,scilicet,in festo Sancti Ioannis Baptistæ,& in fine anni primi,duobus de putatis per Collegium ad examinandas rationes, sive de ipsius Collegij corpore, sive de extra rationem reddant. Secundo etiam anno in festo Sancti Ioannis Baptistæ, & in fine sui oficij,Rectori,& consiliarijs novis,ac duobus deputatis per Collegium, computum, & rationem universalem duorum annorum reddere teneantur,& tàm qui sunt redditūri rationes, quàm qui recepturi, addandum, & recipiendum, infra mensem teneantur à perscripto termino computandum.sub pœna perjurij, & privationis provisionis unius anni,quam receperunt,vel fuerint recepturi. Quas pœnas, ipsos, vel ipsorum alterum.qui reddere,vel recipere debuerint,incurrere volumus ipso facto:& nihilominús per visitatores ad prædicta compellantur. Et examinatis rationibus,tàm in primo, quàm in secundo termino biennij, per supradictos sindicos diligenter in præsentia Collegij, ipsi

examinantes faciant relationem: & in primo termino cuiuslibet anni, notentur deffectus, & negligentiæ, ac rationes signentur, & conferantur. In secundo verò, quando totius administrationis rationes visæ fuerint, si reperti fuerint benè, & fideliter officium suum exercuisse, & plenam cum solutione reddiderint rationem, per Collegium, vel maiorem partem ipsius, sine aliqua difficultate absolvãtur: nisi aliquis de Collegio errorem calculi, vel aliam iustam causam allegaret, quare non deberet fieri absolutio Rectoris, & consiliariorum, quia tunc volumus, quòd interpelletur iudicium visitatorum: qui, auditis rationibus utriusq; partis, declarent simpliciter, & de planò, absolutionem Rectoris, & consiliariorum faciendã, differendam, vel denegandam, iustitia mediante. Si autem reperti fuerint in fraude aliqua, vel dolo, sive notabili negligentia, præter alias pœnas contra sic delinquentes in his constitutionibus contentas, per ipsum Collegium acriùs puniantur. In punitione tamen Rectoris, & consiliariorum, tali casu, Collegium requirere, & sequi visitatorum consilium teneatur. Aliorum vero omnium officialium, vel aliquid de Collegio administrantium, rationes, & administrationes videãtur, & examinentur per Rectorem, & consiliarios. Absolutiones autem, & quitationes semper fiant per Collegium: aut maiorem eius partem, sicut superiùs est expressum.

CONSTITVTIO LXX.

Quòd peccantes evangelicè moneantur à scientibus, & nisi se correxerint, Rectori fiat denuntiatio.

CAETERVM, cùm quis viderit, aut sciverit, fratrem, aut Collegam suum, seu quempiam de prædicto Collegio, malè conversantem, sive aliter delinquentem, & maximè hæc nostra statuta minimè observantem, ipsum secundùm Evangelicam doctrinam charitativè moneat, ut se corrigat, & emendet: & si monitus se emendaverit, lucratus erit fratrem suum. Si verò se emendare neglexerit, moneat eum coram uno, vel duobus Collegiis, quòd si adhuc ipsum contempserit, quamprimùm bono motus zelo sub pœna perjurij, quam ipsofacto incurrat, denunciet ipsi Rectori, ut sic delinquentem taliter corrigat, & castiget, quòd propter correctionis defectum, morbus & cancer non serpat, & totum gregem unius morbi de ovis vitium non inficiat.

CONS-

CONSTITVTIO LXXI.

De punitione facientium, vel dicentium facta, vel verba diffamatoria, vel injuriosa de Collegio, vel de personis eius, & si votorum varietas fuerit in pœnis delinquentium, quomodò arbitrandum sit.



PRAETEREA, quia experientia docente in alijs Collegijs, cognovimus, quòd nonnulli Collegiales divino timore, & honestate postpositis, in ipsorum, & Collegij verecundiam, & confusionem, ad invicem turpiter conversantur, dicendo verba injuriosa, diffamatoria, detractoria, & multa alia illicita committendo: præsenti constitutione mandamus, quòd si aliquis de Collegio, cuiuscunq; conditionis sit, alicui eiusdem Collegij domi, vel extra verbum dixerit injuriosum, eo præsente, vel de absente detraxerit: sive detractio illa de natura sua fuerit injuriosa, vel talis, ex qua infamia facti possit oriri, arbitrio Rectoris, & consiliariorum, puniatur. Quòd si in arbitrando fuerint varij: maioris partis arbitrium obtineat. Si vero fuerint pares: unus de Collegio per eos eligatur, qui cum eis cognoscat: & tunc maior pars vincat. Et ut hæc arbitria rectius procedant, mandamus quatenùs dicti Rector, & consiliarij, & in casu dictus adjunctus speciali super hoc juramento constringantur sub tali forma.

Iuramus per Deum, & virginem Mariam, ac sancta Dei Evangelia quòd postpositis omni odio, favore, commodo, affectione, & honore, iudicium solum justi Dei timentes, pœnam arbitrabimur infligendam, quam crediderimus justiorem, & æquiorem.

Quòd si fortè aliquis, vel aliqui consiliariorum, vel adjunctus electus, ad hoc vocati per Rectorem noluerint interesse: vel si fortè interfuerint, sed noluerint suum impartiri consilium, loco illius, vel illorum, arbitrio maioris partis Collegij alius, vel alij in pari numero Collegialis, vel Collegiales eligatur, vel eligantur, quem, vel quos, vice illius, vel illorum, per omnia fungi volumus in hac parte: nihilominùs illis contumacibus sub hac forma punitis, quòd quilibet eorum pro qualibet contumacia privationis portionis unius mensis pœnas luat.

CONSTITVTIO LXXII.

De punitione illius, qui dixerit se audisse aliquid de aliquo, ex quo infamia facti possit oriri, & non probaverit, à quo audiverit.

SI autem aliquis de Collegio dixerit se audisse de aliquo de Collegio aliquid, de quo infamia facti possit oriri, teneatur probare à quo audivit: saltem per unum testem, vel per confessionem eius, à quo dixerit se audisse. Quod si non impleverit, perinde decernimus puniendũ, ac si ipsemet dicti illius autor principalis fuerit: sicut superiori constitutione decretum est.

CONSTITVTIO LXXIII.

De pœna infligenda portantibus arma, & quòd Rector cum consiliarijs possint dispensare, ut portentur in casu licito.

COLLEGIALES qui arma defensiva, ut loricam, vel galeam, vel manicas ferreas, vel similia portaverint: etiam si cooperta portentur, tribus diebus in pane, & aqua in prandio in terra publicè pœniteant. Si verò portaverint arma offensiva, ut gladium, ensem, pugionem, vel his similia, quatuor diebus pœniteant in terra, ut dictum est. Quòd si creverit contumacia: crescat in duplum pœna. Possint tamen Rector, & consiliarij dispensare cum aliquo, ut portet arma in casu licito, super qua re eorum oneramus consciẽtias.

CONSTITVTIO LXXIV.

De pœna infligenda percutientibus exteros cũ armis.

COLLEGIALES, qui cum armis offensivis extrarios percusserint, per quatuor menses extra Collegium ipsofacto sint expulsi, interea nullum emolumentum suscepturi. Si verò denuò in eodem crimine excesserint: ipsofacto ius totum Collegij perdant, & de eo protinùs expellantur.

CONS-

CONSTITVTIO LXXV.

De punitione accipientium gladium, vel lignum, vel aliud simile animo offendendi Collegam: vel percutientium cum eis.



ORDINAMVS etiam, & mandamus, quòd si aliquis de Collegio, domi, vel extra, acceperit arma offensiva, ut gladiũ, lignum, vel lapidem, seu aliud simile, animo socium offenden di, per quatuor menses de Collegio expellatur, nullum inde emolumentum interim suscepturus. Si autem percusserit eum cum aliquo eorum etiam leviter, ipso facto sit privatus omni iure, & commodo, quod in Collegio habet. Qui verò pugno, vel alapa Collegam percusserit, expulsionis unius anni pœnæ subjaceat. Si autem horum aliquid, quis in alterius auxilium rixantium commisserit: dictas pœnas, quæ in alio essent simplices, in eo volumus duplicari. Excepta pœna expulsionis, quæ in percutienti, & faventi erit par, quia uterq; expelletur perpetuò. Et dictus arma accipiens, intelligatur animo offendendi accepisse, si inter eos verba injuriosa, aut inhonesta præcesserunt.

CONSTITVTIO LXXVI.

De punitione eorum, qui domi, vel extra procedunt ad verbera sine armis, vel tale aliquid committentium in alicuius auxilium.



PRAETEREA, si aliqui de dicta domo, in Collegio, vel extra, inter se processerint ad verbera sine armis, & non fuerit processum ad sanguinis effusionem, quinq; diebus mancipen tur cippo ligneo: saltem cum uno pede, & die quà extrahentur, in pane, & aqua coram omnibus in terra pœniteant. Si verò effusio sanguinis etiam levis fuerit subsecuta: prædictas pœnas volumus duplicari. Si autem quid horum quispiam in auxilium alterius rixantium cõmisserit: pœnam ante dictam simplicem, in eo duplicare iubemus, pœnã verò duplicem in rixante, volumus in favente quadruplicari.

Volumus autem, & districtè mandamus, quòd in hoc casu, & similibus inter se dissidentes, aut rixantes, incunctanter per Rectorem, & con-

filiarios cogantur, ut se alterutrum reconcilient, & invicem veniam petant; tribuantq;, quòd si quis dura cervice, paci unde desilierat, coaptari renixus fuerit, tandiu extra Collegium absq; spe victus maneat, quandiu in contumacia perduraverit.

CONSTITVTIO LXXVII.

De pœna Rectoris, & consiliariorum, si negligentes fuerint ultra triduum in pœnis infligendis.

SI autem Rector, & consiliarij fuerint negligentes in infligendo pœnas per cõstitutiones determinatas, aut eorum arbitrio derelictas, ultra triduum, supra pœnam perjurij, quam ipso facto incurrant, quilibet eorum sit privatus pro qualibet vice portione unius mensis. Et nihilominùs ne delicta remaneant impunita, ac proinde domus paulatim dilabatur, & ruat: iniũgatur reo mulcta per eosdem. Quòd si secunda vice negligentes fuerint, ultra aliud triduum pœna eis duplicetur, & sic triplicetur, &c: crescente de triduo in triduum contumacia, atq; negligentia. Quòd si fortè (quod absit) tàm pœnæ reorum, quàm executorum, Rectoris, scilicet, & consiliariorum, per quandã dissimulationem, vel languorem, aut impiam tollerantiam, & negligentiam (quod absit) cessaverint, ortamur dominos visitatores per viscera IESV CHRISTI, & per merita gloriosæ virginis Mariæ genitricis eius obtestamur, ut diligenter super hoc articulo tempore visitationis inquirant, & quæ neglecta per totum annum cõtra reos invenerint: omnia, & singula ipsi exequantur, atq; negligentes iuxta huius statuti formam paulò antea traditam: solicitè, atq; acriter puniant.

CONSTITVTIO LXXVIII.

De punitione murmurantium contra Rectorem, vel consiliarios, propter executionem pœnarum, & à quibus, & quo tempore debent gravati petere justitiam suam.

PROINDE, si quis de Collegio propter pœnam sibi iniunctam, contra Rectorem, vel consiliarios, vel ipsorum aliquem murmuraverit, dicendo quòd pœnitentia fuit injusta, vel gravis,

vis, vel aſperiora verba, vel ſimilia, pœna ſibi impoſita duplicetur. Poſsit tamen de injuria ſibi illata per eoſdem, quærelam proponere : & emendam petere à viſitatoribus, quandò viſitaverint: & non ante. Nam prorſus inhibemus, ne viſitatores ſe intromittant in negotijs Collegij : niſi in caſibus per hæc ſtatuta expreſsè ſibi conceſsis : vel ſi contingat Rectorem, vel conſiliarios recedere, ante tempus viſitationis poſsint quærelam proponere, & emendam petere à Rectore, & conſiliarijs novis.

CONSTITVTIO LXXIX.

Quis recurſus, ſi Rector aliquid injuſtè mandaverit.



VOLVMVS etiam, & mandamus, quòd omnes de Collegio ſuo Rectori in omnibus, quæ eis, vel cuipiam eorum iniunxerit, pareant: nec onus, aut pœnam per Rectorem eis impoſitam, quoquomodo ſubire recuſent. Excepto, ſi eos, vel quévis eorum à Collegio eijcere, aut proprio arbitrio portione privare vellet. Nam in tali caſu damus ipſis Collegialibus, vel cuilibet eorum ad conſiliarios recurſum, qui intellecta re, ſi viderint, Rectorem injuſtè, & iniquè in aliquem animadvertiſſe, ei denunciabunt, qui illicò ſub pœna præſtiti juramenti illud revocare teneatur. Si tamen conſiliarij, vel duo ex eis cum Rectore ſenſerint, & factum Rectoris ad executionem horũ ſtatutorum zelo ſecundùm ſcientiam tendat, minimè reprobetur. Super qua re conſcientiam eorum oneramus.

CONSTITVTIO LXXV.

Proviſio contra Rectorem ſtatuta huiuſmodi non ſervantem, vel non facientem ſervari, vel bona Collegij malè adminiſtrantem, necnon contra objicientes, & defficientes in probatione prædictorum.



QVONIAM, teſtante canonica veritate : Nihil valet iura condere, niſi ſit, qui ea tueatur, ut tàm à capite, quàm à membris hæc ſtatuta, & ſi non virtutis amore, ſaltem formidine pœnæ, cum debita reverẽtia, & ſolerti ſtudio cuſtodiantur. Statuẽdò

do mandamus, quòd si (quod absit) ipse Rector in observando ea, vel observari faciendo, negligens extiterit: vel contra ipsorum statutorum formam aliquid facere præsumpserit, atentaverit, vel consenserit: vel Collegij bona malè administraverit: quamprimùm per duos (secūdùm formam Evangelicæ veritatis) antiquiores de Collegio debeat secretè admoneri: ut quæ omittit, faciat, vel à cepto desistat, quòd si noluerit, ipsum coram duobus capellanis Collegij, vel alijs Collegialibus admoneant. Quòd si contemptis his monitionibus, facere, quæ facienda sunt, aut cessare à ceptis contempserit: incunctanter præfati Collegiales teneā tur dominos visitatores requirere, atq; humiliter deprecari, ut Rectorē ad observationem statutorum compellant. Quos quidem visitatores obtestamur per viscera IESV CHRISTI: ut ipsum Rectorem cum effectu ad id faciendum moneant, & inducant, & renitentem corripiendo, & puniendo, & si opus fuerit, usq; ad officij privationem inclusivè compellant: priùs tamen veridica informatione habita, & in casu, quo per eos privaretur, alius loco eius secundùm formam superius descriptā eligatur. Ad prędicta autem, Collegiales præfatos sub juramenti debito, ac ipsum Rectorem ad obediendum visitatoribus, & eorum mandata exequendum astringi volumus, & teneri. Si autem tales denunciantes visitatoribus in probatione deffecerint, ultra pœnam perjurij quam incurrant, sint ipsofacto privati provisione unius anni.

CONSTITVTIO LXXXI.

Quòd nullus per transgreſsionem, aut omiſsionem horum statutorum incurrat pœnam perjurij, nisi in casibus expreſsis per hæc statuta, & quòd insinuentur sex exemplaria.



VT autem saluti, & paci conscientiarum mitiùs consulamus, interpetrādo declaramus, quòd ob transgreſsionem huiusmodi statutorum, nullus incurrat reatum perjurij, nisi in casibus, in quibus ipsa statuta præcipiendo, vel inhibendo, talem pœnam expreſsè infligunt. Et ne ignorantiæ statutorum prætexru quis se valeat excusare: ultra trinam publicam lectionem, quam in alio statuto singulis annis fieri præcepimus: volumus, & mandamus, quòd insinuentur sex exemplaria, quorum unum semper sit in camera Rectoris, aliud pergameneum ad modum libri sit repositum in Bibliotheca, ligatum

catena.

catena. Tria verò alia consignentur tribus consiliarijs in principio officij, & aliud in pergameno scriptum pro originali in area communi cum alijs Collegij iuribus conservetur.

CONSTITUTIO LXXXII.

Qui, & quales esse debeant visitatores, & de modo quem in ipsa visitatione tenere debent.

PRAETEREA ordinamus, & statuimus, quòd nos, dùm vixerimus, simus visitator huius Collegij in solidùm: postmodùm verò si aliquis de genere nostro dictæ Ecclesiæ beneficiatus fuerit, dùm in beneficio vixerit, sit visitator cum alio infra nominando. Quòd si fortè plures essent, graduatus non graduatum, & inter graduatos Theologus Iuristam præcedat: & inter unius ordinis antiquior in gradu. Si autem nemo graduatus repertus fuerit, primus in choro cæteros antecelat, dum vixerit, & locũ in Ecclesia tenuerit. Quòd si nemo de genere nostro beneficiatus in Ecclesia fuerit, aut non resederit, sit primo anno visitator Magister, vel Licenciatus in Theologia, qui canonicatum Theologi, quem ego in præsentiarum teneo, residens possidebit. Secundo anno sit visitator Doctor, vel Licentiatus, qui canonicatum Iuristæ in dicta Ecclesia residens possidebit. Tertio verò anno eligant domini mei Decanus & capitulum, hoc est, qui ex eis solent eligere alios officiales, & eadem die, qua alios eligunt, unum canonicũ presbyterum. Quorum nominatorum nemo possit visitare biennio continuo. Quòd si (quod absit) in dicto capitulo nemo Magister, vel Doctor, vel Licenciatus, qui resideant in dictis canonicatibus, pro ea vice repertus fuerit: Decanus, & capitulum, hoc est domini electores officialium, eligant unum canonicum presbyterum, & graduatum, qui illo anno sit visitator, & anno sequenti alium, donec aliquis nominatorum secũdùm ordinem prædictum ad residendum in Ecclesia venerit: super quo eligendo, dominorum electorum conscientiam oneramus. Adijcientes, quòd cum dicto domino canonico sit visitator Prior sancti Hieronymi de Bellavista extra muros Hispalenses, vel in eius absentia Vicarius eiusdem conventus.

Quos præfatos visitatores exortamur, & oramus per viscera IESV Christi, in quibus visitavit nos oriens ex alto, ut paterno affectu, & providentia, Collegium visitent: & solum Deum, ac iustitiam eius, necnon conservationem, honorem, & commodum Collegij ante ocu-

 los

los teneant,omnemq; finiſtram affectionem à ſe(uti probos parẽtes decet)excutiant. Augmentum religionis, ac diuini cultus, honoris etiam, & reddituum tàm ſpiritualium,quàm temporalium,& conſervationem rerum Collegij, ſine quibus literarum ſtudium minimè conſtat, omni diligentia, ſtudio, ac ſolicitudine procurent: nullam rem Collegij, vel minimam ſuis uſibus applicent. Aliam poteſtatem, ſeu iuriſdictionem, quàm ſibi per præſentes conſtitutiones eſt tradita,non uſurpent, nec de aliquo negotio Collegij ſe ſe amplius intromittant, niſi requiſiti per Rectorem, & conſiliarios, vel duos ſaltem de Collegio, & quatenus hæc ſtatuta permittunt, & diſponunt. Præterea correctionem, & cætera in ſtatuto de viſitatione paulò poſt conſcripto, eis commiſſa, & permiſſa, ſolerti, pioq; ſtudio executioni mandent, poſthabitis omnibus, quæ ad nimiam pietatem (quæ langor dicitur) aut iudicij rigorem, humanæ mentis rectitudinem ſubvertere ſolent. Rurſum ſecretum de his, quæ Collegij,ac ſingularum perſonarum honorem,honeſtatem,& commodum tetigerint, quod in viſitatione ſciverint, inſtar piorum patrum, qui deffectus, ac maculas filiorum ſuorum apud alios, aut cooperiunt, aut ſi diſsimulare non poſſunt,honeſtioribus vocabulis minuunt. Ita ipſi,ut veri confeſſores,& animarum rectores ea celent, tegant,& diſsimulent apud exteros: nec verbo, aut ſigno peccatorem, aut peccatum prodant. Et quoniam decori,& honeſtati Collegij hanc rem maxime conducere exiſtimamus: eam in virtute ſanctæ obedientiæ autoritate Apoſtolica eis iniungimus. Deniq; concordiam,pacem,ac unitatem ſpiritus, religionem etiam,cultumq; divinum,necnon intemeratam ſtatutorum obſervationem pro virili ſua manu teneant, foveant, augeant,ac in melius promovere,& conſervare ſtudeant. Modus autem,quem viſitatores tenebunt, talis erit.

Prima die viſitationis in conſtitutione ſequenti ad plenum conſignata, convenient in Collegio hora prima, & habita exortaciuncula ad Collegium per unum eorum, accipiant juramentum in Miſſali aperto à ſingulis votum habentibus, quòd dicent veritatem de omnibus, quæ eis videbuntur reformanda,emendanda,& caſtiganda. Quorum Collegialium quilibet ſcribet infra quatuor dies immediatè ſequentes incluſivè quicquid ſibi videbitur providendum in duabus cedulis, aut chartis eundem tenorem continentibus, & ſuo nomine ſubſcriptis, & quinta die dabit ſingulam ſingulo viſitatori. Qui eas ſub ſigillo ſecreti accipient,quo ad perſonas nullo pacto revelandas. Ne,qui infirma firmare, & fracta ſolidare, ac perdita recuperare, & reſtituere veniunt, ſeminarium ſcandali, & ſeditionis Collegarum cordibus injiciant, quibus cedulis

dulis per visitatores sigillatim visis, atq; revisis: & cum suis actoribus, aut quovis eorum, prout opus fuerit ab eis examinatis: conveniant dicti visitatores decima die mensis in Collegio, vel in apto loco, qui ab eis conditus fuerit, & consultent, prout eis inspirabit altissimus, secundum audita, & examinata per eos, ac decernant sententiam, in qua convenerint. Et conscripta manu unius eorum legatur ab eodem die quinta decima dicti mensis in sacristia, vel capella Collegij ianuis totius domus clausis, omnibus arbitris, & exteris seclusis, coram omnibus Collegialibus, & pronuncietur ab eis concorditer, ac promulgetur, & approbetur: & in libro ad hoc deputato nominibus visitatorum roborata per notarium Collegij quamprimùm conscribatur, & per Rectorem, ac consiliarios, ac totum Collegium, ubi opus fuerit executioni mandetur. Chartæ verò, sive cedulæ informationum, quas quilibet visitator recepit in carbones vastatores ad id officium præparatos coram omnibus exurantur.

CONSTITVTIO LXXXIII.

De visitatione, & tempore quo fieri debeat, & de punitione per visitatores facienda, omnibus reclamatione, & appellatione exclusis, & quid si visitatores aliquid ultra potestatem horum statutorum vigore sibi concessam voluerint usurpare, aut se ampliùs intromittere, sit faciendum.

DENIQVE, dicto, qui, & quales debent esse visitatores: & de modo, quem in visitando tenere debent, ad negotium ipsum accedendum est. Vt igitur dicti Collegiales, & capellani, & si non virtutis amore, saltem formidine pœnæ ab illicitis contineant: & quos ad vitæ honestatem timor Domini, ac præclara sanctorum eius exempla non provocât, vel correctionis medicina compellat: ut per huiusmodi correctionis vomerem, præcisis spinis, & vepribus vitiorum, virtutum ager excultus in prædictis scholaribus fructum laudabilem producat. Statuimus, & ordinamus, ac volumus, & mandamus, quòd domus supradictæ, ac ipsius singularum personarum visitationem in Kalendis Septembris incipiant visitatores nominati, & prosequantur, ac infra dies quindecim inclusivè eam finiant, de vita, moribus, conversatione, & gubernatione Rectoris, & consiliariorum, Collegialium, capellanorum, & officialium, ac famulorum dom⁹,

& omnibus alijs, quæ correctione, & reformatione indiguerint, tàm in capite, quàm in membris, simpliciter, & de planò, sine strepitu & figura iudicij inquirant veritatem: corrigentes, emendantes, & reformantes, quæ viderint corrigenda, emendanda, vel etiam reformanda, examinando singulos de Collegio: ut appareat qualiter quilibet in sua facultate profecerit, atq; ad proficiendum in posterum sit aptus. Et si quis inventus fuerit, in casibus per statuta determinatis deliquisse, & per negligentiam, vel malitiam Rectoris, & consiliariorum non fuisse punitum: statutorum pœnas in talem delinquentem exequantur. Et Rectorem, & consiliarios, pro negligentia, vel malitia, secundùm ordinem supra (in statuto, quod incipit, Si autem Rector) puniant. Si verò invenerint aliquem commisisse in aliquibus casibus Rectoris, & consiliariorum arbitrio, per hæc statuta commisis, vel aliàs punitione dignum, & ab eis non fuisse punitum: eum corrigendi, puniendi, suspendendi, vel etiam de Collegio expellendi, secundum delinquentis demerita, liberam eis concedimus potestatem. A quorum correctione, punitione, suspensione, vel etiam de Collegio expulsione, in omnibus dictis casibus nullus valeat reclamare, vel appellare, seu ad aliquem superiorem, vel iudicem in iudicio, vel extra recurrere quoquomodo: vel literas, seu indulgentiam, aut dispensationem super hoc petere, vel impetrare, aut impetratis uti, in iudicio, vel extra, seu aliquod remedium quærere, quominùs correctio, punitio, suspensio, vel expulsio de Collegio prædicto suum plenum sortiatur effectum. Quòd si quis contrarium fecerit, in pœnam perjurij incidat ipso facto: & tanquàm perjurus, & infamis perpetuò habeatur, & in ipso Collegio nullo tempore admittatur.

Præterea, eisdem visitatoribus concedimus plenariam potestatem statuendi, mandandi, & reformandi in Collegio prælibato omnia, & singula, quæ pro ipsius Collegij utilitate, & bono, ac laudabili regimine viderint expedire: dummodò his nostris statutis non derogent, contradicant, vel obvient quoquomodo.

Si autem aliquis in dicto Collegio vitiosus, criminosus, scandalosus, rixosus, discolus, incorregibilis, malè studens, indisciplinatus, intolerabilis, aut alijs malum præbens exemplum repertus extiterit. Rector extra dictam visitationem ordinariam cum consilio suorum consiliariorum, & maioris partis Collegij, talem solicitè nunciet visitatoribus supradictis, qui possint, & debeant super hoc priùs solicitè habita informatione veridica, simpliciter, & de planò, &c: vt dictum est, prout negotij qualitas exegerit, de opportuno providere remedio.

Ha-

Habeantq; visitatores (si recipere voluerint) prima,& ultima die visitationis impensis Collegij prandium decens, & honestati conveniens, æternumq; præmium expectent à Deo.

Statuentes, quòd hi, quibus visitationis gratia Collegium subjicitur, de bonis dicti Collegij mobilibus,vel immobilibus vendendis, permittandis,vel quomodolibet alienandis, mutuandis, vel commodandis, in nullo,vel minimo se posfint intromittere, aut pro se accipere, vel disponere, vel de eo quomodolibet ordinare : nisi in alienata, distracta, commodata,& cætera recuperando,& ad Collegij ius, possessionem, dominium, ac restitutionem inducendo. Nec etiam de alijs quibuscunq; in dicto Collegio se intromittere posfint, nisi quantum eis per hæc statuta est concessum.

Verùm, quoniam nonnunquam contingit ambitionem, aut cupiditatem,animos hominum,ne Deum solum ante oculos habeant,perturbare: Rectori,& consiliarijs,ac singulis personis de Collegio mandamus sub pœna perjurij, & privationis Collegij in quam incidant ipso facto, ut si quis visitatorum (quod non credimus) aut (quod absit) quispiam alius quovis quæsito colore,in bonis huius Collegij, necdùm immobilibus,sed etiam mobilibus,aut in gubernatione domus, vel in electionibus tàm officialium, quàm capellanorum, aut Collegialium, se intromittere tentaverit, ultra sententiam excommunicationis maioris, quam in talem sic se intromittentem pronunciamus ipso facto: in continenti, omni mora postposita, per Rectorem,& consiliarios, nomine Collegij quærela proponatur uni ex tribus conservatoribus Collegij prosequendo negotium usq; ad finem. Quòd si talis conservator cum diligentia non providerit, ad Papam,vel ad Serenisfimum & Catholicũ Principem Regem Castellæ recurrant, & super tyrannide, vel violentia tentata,vel illata,præsidium eius implorent:prosequendo injuriam usq; ad finem impensis Collegij.

Deniq; ne propter oblivionem,aut aliam quamvis negligentiam contingat visitationem impediri,vel differri,volumus,& mandamus, quòd Rector & consiliarij, sub pœna privationis provisionis unius anni, qua ipso facto sint privati, teneantur requirere, & rogare dictos dominos visitatores per aliquos dies ante Kalendas mensis Septembris : ut visitationem incipiant die supra dicto,

 CONS-

CONSTITVTIO LXXXIV.

In qua reſervamus nobis quicquid in dictis conſtitutionibus addendum, diminuendumq; interpretandum, vel mutandum fuerit, declarantes modum, quo dictæ conſtitutiones obligant.

QVONIAM ſæpe numerò in legibus, & conſtitutionibus emergunt dubia, quæ interpretatione indigent: & præterea ſecundum varietatem temporum nonnunquam conducit, ut ſtatuta varientur humana, volumus, & ordinamus, quòd ſi quicquid dubij in his noſtris conſtitutionibus ortum fuerit: aut quod interpretatione indigeat, aut addendum, minuendum, vel mutandum, vel amovendum fuerit, nobis, ut conditori, dùm vixerimus, reſervari debeat.

Nec per promulgationem harum noſtrarum conſtitutionum poteſtatem nobis, ac facultatem adimimus mutandi, amovendi, corrigendi, addendi, vel minuendi, declarandi, & interpretandi, quandò temporis, aut negotiorum conditio, & ratio exegerint. Et quoniam noſtræ intentionis eſt mores Collegialium in meliùs reformare: & conſcientias eorum minimè illaqueare, ut ſcrupuloſis animis conſulamus, præſenti cõſtitutione declaramus has noſtras conſtitutiones ad pœnam duntaxat corporalem, & non ad reatum peccati mortalis obligare, præter illas, in quibus perjurij, aut excommunicationis pœna exprimitur, & illas, quarum tranſgreſsio ſine peccato mortali eſſe non poſsit, aut ſi quis contẽptu earum tranſgreſſor extiterit, aut ubi in cõſtitutione exprimitur, quòd obliget in foro conſcientiæ.

CONSTITVTIO LXXXV.

Rogantur Gubernatores, & Rectores civitatis Hiſpalis, ut Collegio faveant, & ipſum à malevolis, invaſoribus pro virili ſua tueantur.

POSTREMO, quia ſtatus dictæ domus, quæ forſitã, ut in alijs communitatibus pro maiori parte evenit, tenues proceſſu temporis habebit gubernatores, aliquando vacilabit, ſi bonorum, potentumq; præſidio, ac favoribus non ſuſtentetur.

Rogamus

Rogamus dominos gubernatores, ac rectores huius nobilissimæ, ac fidelissimæ urbis in Christo I E S V, & gloriosa eius genitrice virgine Maria, quibus hæc domus, & Collegium dicata, & quorum insignijs, & imaginibus insignita est, & quorum titulos gloriosos præse ferunt, ut memores Dei, & officij sui, ac devotionis nostræ, qua hanc urbem, & eorum cives, tàm crebris sermonibus, quàm consilijs, & exemplis, quatuor & viginti annos non solùm prosecuti sumus: sed opus supra vires nostras tantæ utilitatis erga hanc urbem agressi, ut perpetuo eis officio, & munere devinci possemus, & cum maximo labore impensis, ac rei familiaris angustia, solius Dei, & beatæ Virginis præsidio freti, qui pios ausus fovere, & iuvare solent: construximus domum, dotavimus, & pro paupertaticula nostra ad eorum gloriam, quorum munere, gratia, & favore adjuti sumus, ad finem usq; perduximus. Pro quibus omnibus nil aliud mercedis ab eis desideramus, ac petimus, nisi ut animulæ nostræ in suis orationibus sint memores, & ipsum Collegium (vti rem pro beneficio vobis constructam, & honori, atq; utilitati urbis, & provintiæ per necessariam) pro virili sua tueātur, & à luporum faucibus, ac malignorum, & insolentium fraudibus, ac violentijs, & oppressionibus defendant, faveantq; ei in suis necessitatibus: & vt rei publicæ parti non spernendæ (quia ad Dei cultum, & lumen doctrinæ illustrandę urbi institutum est) suffragentur ei, & ipsum foveant, ac manu teneant, ne (quod absit) collabatur. Quinimò Deo, & diva eius genitrice autoribus, ac pijs eorum favoribus opitulantibus, non solùm in sua institutione permaneat, sed de virtute in virtutem, ac de bono in melius semper convalescat, ad gloriā, & laudem gloriosæ virginis Mariæ, & Christi I E S V, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat per infinita sæculorum sæcula. Amen.

CONSTITVTIO LXXXVI.

De licentia augmentandi unum Collegialem, vel unam capellaniam ultra prædictum numerum, & recipiendi nepotes suos ad ingressum Collegij certo modo.



TEM, cupientes bona bonis addere, & additum pia cogitantibus indulgere, ut uberiores plantæ in agro Domini in dies crescant, & ut ad emulandum Christi charismata, in via Dñi commilitones nostros invitemus, sancimus, & ordinamus, quòd

quicunq; zelo domus Dei motus annexuerit, vel unierit huic Collegio aliquod beneficium simplex, vel pontificale, vel præstimonium, aut præstimonialem portionem, vel duo, ex cuius, vel ex quorum redditibus, fructibus, & proventibus singulis annis ipsi Collegio duodecim millia myriadum, aut in auro triginta duo ducati: seu bona temporalia in possessionibus, aut tributis, vel censibus, aut iuribus eiusdem valoris: Collegium recipiat dicta beneficia, vel bona temporalia, & tribuat tali dotatori ius præsentandi unum Collegialem de genere suo descendentem in perpetuum. Qui præsentatus debeat esse idoneus ad literas, & ea ætate, literatura, ac qualitate, quas debere habere alios Collegiales admitendos disposuimus. Insuper volumus, quòd talis præsentatus per talem dotatorem excipiatur benignè à Collegio, & tractetur, ac habeatur in omnibus sicut cæteri Collegiales. Quod si dotator, dùm vixerit, præsentaverit quempiam non habentem qualitates secundùm hæc statuta requisitas, moneatur à Rectore, & consiliarijs, ut præsentet alium idoneum; quem si non habuerit, posit presentare aliquem non de genere suo, quẽ voluerit. Dùm tamen talis per eum præsentatus eum cognoscat benefactorem, & pro eo oret, & pro animabus maiorum suorum. Quo Patrono vita functo, eligat Collegium suo nomine unum Collegialem, quandò locus vaccaverit de cognatione sua, si idoneus fuerit inventus secundùm qualitates in dictis constitutionibus expressas. Qui si non fuerit repertus, provideatur de illa prebenda alteri nomine talis Patroni: ita quòd talis locus nomini illius Patroni sit dicatus, & pro eo tanquàm pro benefactore talis Collegialis semper orabit. Si verò duo, vel plures de genere talis dotatoris vacanti loco se opposuerint, ille, qui examine, & arbitrio Rectoris & consiliariorum aptior fuerit iudicatus, habeatur electus: super quo iudicio eorum conscientias oneramus.

Proviso, quòd tales præsentati non eligantur modo supra disposito in electionibus Collegialium, sed solùm fiat examen, an sint grammatici, & literarum cupidi, & apti, & bonis moribus præditi, & jurent se Ecclesiasticos fore.

Item, si quis voluerit simili (ut dictum est) dote instituere capellaniã, acceptet Collegium dotem, & obliget se perpetuò ad cantandum eam, ita quòd talis Missa celebretur diebus festis in altari maiori, & in sacristia diebus lectivis.

Si quis verò, dicto precio triginta ducatorum in portatis redditibus beneficiorum, vel possessionum, voluerit dotare aliquam cathedram, vel lecturam in quavis scientia, ultra meritum, quòd à Domino consequetur, volumus, quòd acceptetur talis dos, & Collegium faciat ei vnũ anniver-

anniversarium singulis annis in die suæ depositionis secũdùm morem, quem tenet sancta Hispalensis Ecclesia, & sit particeps omnium meritorum, quæ in Collegio fiunt.

Præterea, quia præceptum Domini per Esaiam Prophetam est: Carnem tuã ne despexeris, & sanctus Apostolus ait. Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & infideli deterior est. Considerantes, quòd hoc Collegium sola Dei gratia, & misericordia adiuti à solo edificavimus, & omnia bona nostra tàm spiritualia, quàm temporalia ei qua potuimus liberalitate ob IESVM Christum, & Virginem Mariam eius gloriosam genitricem impartiti sumus, ac omnia, quæ poterimus, dùm spiritus hos reget artus, ei conferemus. Deniq; cùm è vita excesserimus, Collegiũ ipsum universalem relinquemus heredem. Vnde dignũ, & iustum arbitrati sumus, cúm hoc etiã a genere pietatis, & benè ordinatæ eleemosinæ non abhorreat, ut aliquam fructus, utilitatisque portiunculam uobis, nostrisque relinquamus, Qua propter constituimus, & ordinamus, quòd ex descendentibus à quinq; fratribus germanis nostris, videlicet, Ioanne, Alfonso, Didaco, Antonio, Ludovico à Sancta Ella, modò descendant per lineã masculinam, modò per fœmeninam, nos dùm vixerimus, possimus eligere quatuor pueros, scilicet unm, vel duos, aut plures ex una domo: prout idoneos, & literarum cupidos repererimus. Postquàm autẽ nos vita functi fuerimus, volumus, quòd quatuor maiores natu viri, vel in virorum defectum fæminæ descendentes à dictis quinq; germanis nostris habeãt ius præsentãdi unum pro singulo, vel singula patrona de filijs suis, Quos si quis eorum non habuerit, possit præsentare de filijs aliorum à quinq; prænominatis descendentium: & casu quò nullus fuerit inventus, aut nõ fuerit habilis, possit præsentare unum de genere nostro propinquiorẽ, & aptiorem. Si verò generatio alicuius dictorum quinq; germanorum nostrorũ defecerit, maior natu ex prædictis germanis nostris descendens in iure præsentandi pro illo, vel pro alijs deficientibus succedat. Si verò omniũ quinq; generationes defecerint, visitatores dicti Collegij inferiùs nominãdi habeãt authòritatẽ idoniores ex nostra cognatione, vel agnatione. vsq; ad dictũ numerum quatuor præsentandi, qui benignè excipi, & humanè tractari debeant gratitudinis, ac urbanitatis gratia per Rectorem, & consiliarios, ac cæteros de Collegio. Quiq; antequàm recipiãtur, debeant scire legere, & scribere cõpetenter, & in Collegio debeant educari quo ad bonos mores, & grammaticã: ita ut vadant ad scholas Sancti Michaelis ad grammaticæ rudimenta capescenda, & per Rectorẽ, & cõsiliarios deputetur eis in dictis scholis præceptor, qui eos diligentes erudiat,

rudiat,& castiget,impensis Collegij: qui etiam Rector, & consiliarij habeant curam paternam de eis,ac provideant de victu, & vestitu, & cæteris necessarijs impensis Collegij,ac visitent eos,& examinent an proficiant in literis,& castigent,si uiderint expedire. Qui etiam habeant potestatem(si viderint quempiam eorum ineptum ad literas, vel discolum,& studere nolentem,ita ut de eo non habeatur spes profectus (restituendi eum parentibus suis,vel his qui eorum curam gerent, & continuò requirant Patronum,ut loco illius alium Collegio præsentet, Qui verò ex his in literis profecerint,postquàm grammaticæ (quod necessarium est)& dialecticæ rudimenta perceperint, ad prima loca in scientia Theologiæ,vel iuris pontificij,quam elegerint, vaccantia transeant, & sine alia electione,cæteris omnibus quo ad dictum numerum quatuor præferantur.Proviso,quòd,cúm aliquis eorum ad altiorem (ut præfertur)locum conscenderit,loco eius alius subrogetur præsentatus per Patronum, ita ut numerus quatuor consanguineorum præmisso modo educandorum in Collegio nunquam augeatur,vel decrescat, dùm poterint inveniri. Præterea,qui ex eis ad altiorem scientiam assumpti fuerint.in omnibus subijciantur legibus Collegij quemadmodùm cæteri Collegiales, nulla maiori prærrogativa, vel in minimo gavisuri. Excepto,quòd nemo eorum ad profitendum se fore Sacerdotem arctetur iuramento.

Insuper volumus,quòd si quis eorum suis cursibus,& profectibus ad gradum minorem,vel maiorem concenderit, gratis gradum accipiat, scilicet,Collegium eas impensas faciat, ut de capellanis Collegij supra disposuimus.

Circa paupertatem verò horum, volumus, quòd is pauper reputetur,qui non habuerit ex proprijs redditibus spiritualibus,uel temporalibus,aut simul iunctis quinquaginta ducatos annuatim: etiam si pater, aut mater ita sint divites,ut facultates eorum, aut alterius eorum, duorum millium ducatorum summam attingant. Quam si excesserint, filijs suis provideant, & Collegium pauperioribus liberum relinquant. Proviso etiam,quód propinquior minus propinquo, & impari gradu consanguinitatis filius minus divitis, aut magis pauperis cæteris paribus præferatur.

Addito etiam,quòd dicti consanguinei tàm cives Hispalenses,quàm alterius cuiuscunque loci,aut civitatis orti,aut oriundi: & in quacunque ætate,in qua spes profectus constiterit,cunstituti existant,absque aliquo discrimine recipiantur.

SEQVI-

SEQVITVR

BVLLA PRIMA INSTITVTIONIS dicti Collegij.

CVM PRAERROGATIVIS, ET LIBERTAtibus, & cum annexione aliquorum præstimoniorum.

IVLIVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM Dei dilectis filijs Priori Monasterij Sancti Iacobi de Spata Hispalẽsis,& de Reyna,ac de Carmona Archidiaconis Ecclesiæ Hispalensis salutem,&Apostolicam benedictionem. Hodie emanarunt à nobis literæ tenoris subsequentis. IVLIVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Quoniam per literarum studia Christi fideles bonis moribus, virtutibusque ornantur, & quodam rore cælico resperſi sapientiæ,& intellectus spiritum naſciſcuntur,& præstant postmodum cunctis opem sanioris consilij, dignum exiſtimamus,nos votis illis benignè,charitativè,& opportuna subventionis auxilia impendere. Dudum siquidem omnia præstimonia, præstimoniales portiones,ac simplicia cæteraque beneficia Ecclesiastica apud Sedem Apostolicam tunc vaccantia,& in antea vaccatura collationi, & diſpoſitioni nostræ reſervavimus. Decernentes ex tunc irritum,& inane si secus super his à quoque quavis authoritate ſcienter,vel ignoranter cõtigerit attentari. Cum itaque post modum unum,seu una pontificeale nũcupatum de Alocaee,& Gomez Cardeña,ac aliud, seu alia in eiſdem, nec non reliquum,seu reliqua in Sancti Laurentij Hiſpalis,ac aliud,seu alia pontificalis etiam nuncupatum in Sancti Nicolai del Puerto, ac aliud,seu alia in eiſdem Sancti Nicolai:nec non reliquum,seu reliqua in de la Parra locorum Eccleſijs Hiſpalenſis, & Pacenſis diœceſis præstimonia,seu Præstimoniales portiones,aut ſimplicia beneficia per liberam reſignationem dilecti filij magiſtri Roderici de Sancta Ella Archidiaconi ee Reyna in Ecclesia Hiſpalenſi,Notarij noſtri,de illis, quæ tũc obtinebat per dilectum filium Ioannem de Carmona Clericum Hiſpalenſem procuratorem suum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum in manibus noſtris ſponte factum,& per nos admiſſam apud ſedem prædictã vaccaverint,& vaccent ad præſens. Nulluſque de illis præter nos hac vice diſponere potuerit, ſive poſsit, reſervatione, & ſecreto obſiſtentibus ſupradictis. Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Roderici petito con-

continebat in civitate Hispalensi, quæ inter alias civitates Regnorum Hispaniarum maior, & notabilis, & illius Ecclesia prędicta inter alias Cathedrales Ecclesias dictorum regnorum insignis Metropolitana, in qua notabiles personę in numero copioso, dignitates, personatus, administrationes, & officia, canonicatus, & prębendas, ac portiones, aliaque beneficia Ecclesiastica inibi obtinentes: ac pueri Choriales in arte Musicę instructi existunt, nullum studium generale seu Collegium scholarium hactenus fuit, et propterea tàm prędicti, quàm alij pauperes scholares, et Clerici dictę civitatis, et diœcesis Hispalensis studere volentes ad diversas prędictorum, et aliorum extraneorum regnorum, in quibus studium generale viget, ab eadem Hispalensi civitate per ducenta, et triginta milliaria ad minus distantes, et in modo vivendi multum, non sine personarum, et rerum suarum maximo incommodo, et detrimento se conferre coguntur. Evenitque ut dicti pueri postquàm ad provectam ætatem pervenerunt, à sacrorum ordinum promotione tanquàm penitus illiterati, & ignari repellantur: & minus idonei reputentur, & propter huiusmodi repulsionem tanquàm desperati aliter facere non valentes ad prophana, & sæcularia officia, & exercitia se convertant. Verum si in dicta civitate Hispalensi una domus, seu Collegium scholariũ pro uno Rectore, & duodecim, vel pluribus scholaribus, ac uno vel plures doctoribus, seu magistris, qui eos in quacunque facultate instruere deberent, construeretur, & ędificaretur, seu certa domus seu Collegium per præfatum Rodericum ad huiusmodi usum fabricari, construi, & ędificari incepta ad totalem perfectionem reduceretur: illique pro Rectoris, scholarium, doctorum, magistrorum, servitorum, & aliarum personarum in eo pro tempore existentium, ac duorum vel plurium capellanorum sustentatione, Præstimonia, seu prestimoniales portiones, aut simplicia beneficia huiusmodi perpetuò unirentur, annecterentur, & incorporarentur, profectò Rector, scholares, doctores, magistri, servitores, & aliæ personæ in eodem Collegio construendo huiusmodi commodius sustentare valerent. Pro parte dicti Roderici asserentis fructus, redditus, & proventus præstimoniorum, seu præstimonialium portionum, aut beneficiorũ huiusmodi centum, & quinquaginta ducatorum auri de Camera secundũ communem extimationem valorem annuum nõ excedere. Seque tàm in constructione domus Collegij huiusmodi, quàm pro illius dote usq; ad summam duorum millium, & quingentorum auri similium, vel circa de suis proprijs bonis iam exposuisse. Ac dotem huiusmodi pro Rectoris, scholarium, magistrorum, doctorum, capellanorum, servitorum, & aliarum personarum sustentatione, & manutentione huiusmodi non suffice-

sufficere. Nobis fuit humiliter supplicatum, ut domum seu Collegium, in quo Rector, & duodecim scholares vel plures, ac duo capellani, vel plures, ac servitores esse, eique pro eius dote, & eorum, ac doctorum, & magistrorum sustentatione, & manutentione, præstimonia seu præstimoniales portiones, aut beneficia huiusmodi perpetuó apropiare, & applicare, aliaque in præmissis opportunè de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui dudùm inter alia voluimus, quod in unionibus cōmissio fieret ad partes vocatis quorum interesset, quòdque omnium bonarum artium disciplina, & earum Collegia ac studia nostris potissimè temporibus ubique vigere, & augeri supræmis desideramus affectibus. Præfatum Rodericum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Huiusmodi supplicationibus inclinati in dicta civitate Hispalensi unam domum, seu Collegiū per eundem Rodericum à fundamentis incæptam sed non finitam, in Collegium scholariū pro uno Rectore, & duodecim, vel pluribus scholaribus, & magistris, & doctoribus, nec non ad unum Altare capella nūcupatum sub invocatione Beatæ Mariæ de IESV constructum, & edificatum duas, vel plures capellanias perpetuas pro duobus, vel pluribus perpetuis capellanis præsbiteris ad nutum Rectoris, & scholarium huiusmodi amovilibus, qui inibi missas, & alia divina officia celebrare, ac ipsorum scholarium, & aliarum personarum in dicto Collegio existentium confessiones audire, & illis Eucharistiæ, et alia Sacramenta Ecclesiastica, sine alicuius præiudicio, etiàm tempore interdicti ordinaria authoritate appositi ministrare possint: dummodo ipsi causam non dederint huiusmodi interdicto, et hoc non contingat eis, specialiter interdici autoritate Apostolica, tenore præsentium ereximus, et instituimus, ac illi pro eius dote, et Rectoris, scholarium, magistrorum, doctorum, et capellanorum, et aliarum personarum eiusdem Collegij necessitatum subventione, et illorum sustentatione, et manutentione dotem per præfatum Rodericum iam assignatam, nec non præstimonia, seu præstimoniales portiones, aut beneficia eiusmodi sive promisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscunque personæ, seu per similem dicti Roderici, vel cuiuscunque alterius resignationem de illis, in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, et testibus sponte factam vaccent, etiam si tanto tēpore vaccaverint, quòd eorū, vel earū collatio, iuxta Latetanensis statuta Concilij ad sedem præfatam legitimè devoluta, et

ta,et præstimonia,seu præstimoniales portiones,aut beneficia huiusmo di dispositioni Apostolicę specialiter,vel aliàs etiam ex eo, quòd dictus Rodericus illos,vel illa olim obtinens Notarius noster existit,ut præfertur.Et(ut à nonnullis asseritur)fructuum,& proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum in partibus illis Collector, seu unicus Subcollector fuit,generaliter reservata existant.Et super eis inter aliquos lis,cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso,pendeat indecisa: dummodo eorum,vel earum dispositio ad nos hac vice pertineat,cum omni bus iuribus,& pertinentijs suis eisdem authoritate, & tenore unimus, annectimus,& incorporamus.Ita quòd liceat ex nunc dicto Roderico nomine Collegij,& deinde Rectori,& scholaribus pro tempore existẽtibus per se,vel per alium, seu alios corporalem præstimoniorum,seu præstimonialium portionum,aut beneficiorum,iuriumque,& pertinentiarum prædictorum possessionem propria authoritate libere apprahẽdere:& perpetuò retinere.Illorumque fructus,redditus, & proventus in Rectoris,scholarium,doctorum,magistrorum,capellanorum,servitorũ & aliarum personarum huiusmodi sustentationem convertere:diœcesani loci,& cuiusvis alterius licentia super hoc alias minime requisita.Præfatum Rodericum,quoad vixerit,& post ipsius Roderici obitum personam,seu personas per eum nominandam, seu nominandas Collegij, & illius bonorum huiusmodi administratorem,& patronum deputamus. Ac sibi quæcunque statuta,& ordinationes sacris Canonibus non contraria pro Collegij Rectoris,scholarium,magistrorum, doctorum, capellanorum,ac aliarum personarum huiusmodi fælici directione condẽdi,& ordinandi facultatem concedimus. Quæ postquam condita fuerint,authoritate Apostolica confirmata esse censeantur eo ipso.Præterea Collegium,Rectorem,scholares,magistros,doctores,capellanos, servitores,et aliàs personas in eodem Collegio cursantes,audientes,et legentes ab Archiepiscopi Hispalensis pro tempore existentis iurisdictione, dominio,potestate,et illius Vicarijs,et officialibus totaliter eximimus, ita quòd ordinarius,Vicarij,officialis aliquam in Collegium, Rectorẽ, scholares,doctores.magistros,capellanos,servitores,et aliàs personas hu iusmodi,res,et bona,etiam ratione delicti,contractus, vel rei super qua agatur,ubicunque committitur delictum,iniatur contractus,aut res ipsa consistat,aliquam iurisdictionem exercere,aut superioritatem,et authoritatem habere non possint,decernimus. Quodque Collegium,Rector,scholares,magistri,doctores,capellani,et aliæ personæ in illo pro tẽpore degenres omnibus,et singulis privilegijs,prærrogativis,indultis,facultatibus,exemptionibus,immunitatibus,et gratijs generalibus,vel spe

cialibus

cialibus alijs Collegijs ſtudiorum generalium dictorum regnorum in genere conceſsis, & quibus in illis legentes, degentes, audientes, ac commorantes utuntur, potiuntur, & gaudent, uti, potiri, & gaudere. Ita quod in eodem Collegio ſtudentes, & audientes tantùm in artibus, logica, philoſophia, & theologia, iure canonico, & civili Bacchalariatus, licentiæ doctoratus, & magiſterii gradus reſpectivè ad inſtar aliorum ſtudiorũ generalium dictorum regnorum, poſtquàm curſus ſuos fecerint, ſuſcipere liberè, & licitè poſsint, & valeant eadem authoritate ſtatuimus, & ordinamus. Ac ſibi deſuper concedimus, non obſtantibus voluntate noſtra prædicta, ac fœlicis recordationis Innocentij IIII. prædeceſſoris noſtri contra exemptos edita, quæ incipit: Volentes. Ac Bonifacij VIII. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicas, ac ſtatutis, & cõſuetudinibus Eccleſiarum Hiſpalenſis, & Pacenſis, quibus inter alia caveri dicitur, quòd nullus preſtimonia, ſeu preſtimoniales portiones, aut ſimplicia beneficia huiuſmodi obtinere poſſit, niſi ipſarum Eccleſiarum canonicus Hiſpalenſis actu præbẽdatus, aut aliàs in illis perpetuus beneficiatus exiſtat. Quibus etiam ſi iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis fuerint, quibus hac vice duntaxat illis aliàs in ſuo robore permanſuris ſpecialiter, & expreſsè derogamus contrarijs quibuſcunq;. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de præſtimonijs, ſeu præſtimonialibus portionibus, ac huiuſmodi ſpeciales, vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ ſedis, vel legatorum eius literas impetraverint, etiã ſi per eas ad inhibitionem, reformationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum, quas quidẽ literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quæcunque ad præſtimonia, ſeu præſtimoniales portiones, aut beneficia huiuſmodi volumus nõ extendi. Sed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem preſtimoniorum, ſeu præſtimonialium portionum, ſimplicium, vel beneficiorum aliorum præiudicium generari. Et quibuslibet alijs prævilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differi, & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Proviſo, quòd præſtimonia ſeu præſtimoniales portiones, aut beneficia propter unionem, annexionem, & incorporationem huiuſmodi debitis non fraudenrur obſequijs, ſed eorum congruè ſupportentur onera cõſueta, Nos enim prout eſt irritum decernimus, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentarum

forſam

forsam est hactenus, vel in posterùm contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, erectionis, institutionis, unionis, annexionis, incorporationis, deputationis, concessionis, exemptionis, constitutionis, statuti, ordinationis, indulti, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurū. Datis Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinto, quarto Idus Iulij, Pontificatus nostri anno secundo. Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium seu alios literas prædictas, & in illis contenta quæcunque ubi, quandò, & quoties opus fuerit, ac pro parte Roderici, Rectoris, scholarium, & aliarū personarum huiusmodi de super fueritis requisiti, eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciatis eos, & eorum quemlibet authoritate nostra pacifica possessione, vel quasi omniū, & singulorum in eisdem literis contentorum gaudere, non permittentes eos per loci ordinarium pro tempore existentem, aut quoscunque alios contra earumdem literarum seriem, & tenorem quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Invocatione etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis: non obstantibus constitutione, & ordinatione Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obstare. Aut si loci ordinario, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datis Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinto quarto Idus Iulij, Pontificatus nostri, Anno secundo.

BVLLA

BVLLA
APOSTOLICA SECVNDA
Collegij de annexione trium beneficiorum, & aliarum facultatum, & prærrogativarum in eodem Collegio concessarum.


VLIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei ad perpetuam rei memoriam. Cùm per literarum studia Christi fideles moribus, virtutibusque ornantur, & quodam rore cœlico resperſi ſapientiæ, & intellectus ſpiritum nanciſcuntur, et præſtant poſtmodum cunctis opem ſanioris conſilij, equum reputamus, et rationi conſonum nos votis illis benignè, opportunè ſubventionis auxilia impendere, per quæ Criſti fideles huiuſmodi laudibus, ac ſtudijs commodiùs inſiſtere valeant. Ac aliàs ſtatuimus, diſponimus, et ordinamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem uno ſeu una pontificali nuncupato de Alocaz, et Gomez Cardeña, et alio ſeu alia in eiuſdem, ac reliquo ſeu reliqua in Sancti Laurentij Hiſpalenſis, ac alio ſeu alia etiam pontificali nuncupato in Sancti Nicolai del Puerto, ac alio ſeu alia in eiuſdem Sancti Nicolai, et reliquo ſeu reliqua in de la Parra locorum Hiſpalenſis, et Pacenſis diœceſis præſtimonijs ſeu præſtimonialibus portionibus, aut ſimplicibus beneficijs per liberam reſignationem dilecti filij magiſtri Roderici de Sancta Ella, Archidiaconi de Reyna in Eccleſia Hiſpalenſi Notarij noſtri de illis, quæ tunc obtinebat per certum procuratorem ſuum ad id ab eo ſpecialiter conſtitutum in manibus noſtris ſponte factam, et per nos admiſſam apud Sedem Apoſtolicam vaccantibus. Et pro parte dicti Roderici nobis expoſito quòd in in civitate Hiſpalenſi, quæ inter aliàs civitates Regnorum Hiſpaniarum maior, et nobilis, et illius Eccleſia prædicta inter alias Cathedrales dicto rum regnorum inſignis Metropolitana, in qua notabiles perſonæ in numero copioſo, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia, canonicatus, et præbendas, ac portiones, aliaque beneficia Eccleſiaſtica inibi obtientes, ac pueri Choriales in arte Muſicæ inſtructi exiſtunt, nullum ſtudium generale ſeu Collegium ſcholarium, hactenùs fuerat, & propterea tàm prædicti, quàm alij pauperes ſcholares, & clerici dictæ

civitatis,& diœcesis Hispalensis studere volêtes ad diversas civitates prædictorum,& aliorum extraneorum regnorum,in quibus studium generale vigebat,ab eadem Hispalensi civitate per ducenta,& triginta millia ria ad minus distantes,& in modo vivendi multum differentes,non sine personarum,& rerũ suarum maximo incommodo,& detrimẽto se conferre cogebantur.Eveniebatq; ut dicti pauperes postquã ad provectã ętatem pervenerant, à sacrorum ordinum promotione tanquàm pœnitus illiterari,& ignari repellebantur;& minus idonei reputabãtur,& propter huiusmodi repulsionẽ tãquàm desperati aliter facere nõ valentes ad prophana,& sœcularia officia,& exercicia se convertebant.Et si in dicta civitate Hispalensi una domus,seu Collegium scholarium pro uno Rectore,&duodecim,vel pluribus scholaribus,ac uno vel pluribus doctoribus seu magistris,qui eos in quacunq; facultate instruere deberent,construeretur & edificaretur,seu certa domus seu Collegiũ per præfatum Rodericum ad huiusmodi usum fabricari,construi,& edificari incœpta ad totalem perfectionem reduceretur:illique pro Rectoris, scholarium, doctorum,magistrorum,servitorum,& aliarum personarum inibi pro tempore existentium,ac duorum,vel plurium capellanorum sustentatione, Præstimonia,seu præstimoniales portiones, aut simplicia beneficia huiusmodi perpetuò unirentur, annecterentur, & incorporarentur, profecto Rector,scholares,doctores,magistri,servitores, & aliæ personæ in eodem Collegio construendo huiusmodi commodius sustentari valerent. Nos eiusdem Roderici in ea parte supplicationibus inclinati in dicta civitate Hispalensi unam domum, seu Collegium per ipsum Rodericum à fundamentis inceptum sed non finitam,in Collegium scholarium pro uno Rectore,& duodecim velpluribus scholaribus, & magistris, & doctoribus, nec non ad unum Altare capella nuncupatum sub invocatione Beatæ Mariæ de IESV constructum, & edificatum duas vel plures capellanias perpetuas pro duobus vel pluribus perpetuis capellanis præsbiteris ad nutum Rectoris, & scholarium huiusmodi amovilibus,qui inibi Missas,& alia divina officia celebrare, & ipsorum scholarium ac aliorum personarum in dicto Collegio existentium confessiones audire,& illis Eucharistiæ,& alia Sacramenta Ecclesiastica,sine alicuius præiudicio,etiam tempore interdicti ordinaria authoritate oppositi ministrare possent:dummodo ipsi causam non dederint dicto interdicto,nec id contigerit eis,specialiter interdici authoritate Apostolica,ereximus,& instituimus,ac illi pro eius dote, & Rectoris, scholarium , magistrorum, doctorum, & capellanorum, & aliarum personarum eiusdem Collgij necessaria subventione, & illorum susten-

sustentatione,& manutentione dotem per ipsum Rodericum iam assignatam,nec non præstimonia,seu præstimoniales portiones, aut simplicia beneficia huiusmodi,sive per resignationem eadem, sive alio quo vis modo vaccarent,cum eorum iuribus,& pertinentijs dicta authoritate perpetuò univimus,annexuimus,& incorporavimus:ita quòd liceret ex tūc dicto Roderico nomine dicti Collegij,& deinde Rectori,& scholaribus pro tempore existentibus,per se vel alium,seu alios corporalem præstimoniorum,seu portionum,aut simplicium beneficiorum,iurium que & pertinentiarum prædictorum possessionem propria authoritate liberé appræhendere,& perpetuò retinere:ac illorum fructus,redditus & proventus in Rectoris,scholarium,magistrorum,doctorum,capellanorum,servitorum & aliarum personarum huiusmodi sustentationē convertere,diœcessani loci & cuiusvis alterius licentia minimè requisita. Ac præfatum Rodericum quoad viveret.et post eius obitum personam seu personas per eum nominandam seu nominandas, Collegij, et illius bonorum huiusmodi administratorem,et patronum,seu administratores, patronos deputavimus,ac sibi quęcunque statuta,et ordinationes sacris canonibus non contraria pro Collegij, Rectoris,scholarium,magistrorum,doctorum,capellanorum,et aliarum personarum huiusmodi fœlici directione,condendi,et ordinandi facultatem concessimus,quę postquàm condita forent dicta authoritate confirmata esse censerentur eo ipso. Præterea Collegium,Rectorem,scholares, magistros, doctores, capellanos,servitores,& aliàs personas in eodem Collegio cursantes,audientes legentes ab Archiepiscopi Hispalēsis pro tempore existentis iurisdictione,dominio,potestate,& illius Vicarijs, & officialibus totaliter eximimus.Ita quòd Ordinarius,officialis, & Vicarij prædicti aliquā in Collegium,Rectorem,scholares,magistros,doctores,capellanos, servitores,& aliàs personas,res & bona huiusmodi(etiam ratione delicti,cōtractus,aut rei,de qua ageretur,ubicunque committeretur delictū, inire tur cōtractus,& res ipsa consisteret)iurisdictionem exercere,ac superiori tatē,& authoritatē habere nō possent. Decernimus quoq; Collegiū,Rector,scholares:magistri,doctores,capellani,& aliæ personæ in illo pro tē pore degentes omnibus,& singulis prævilegijs prærrogativis,indultis,facultatibus,exemptionibus,immunitatibus,& gratijs generalibus,& specialibus alijs Collegijs studiorum generalium dictorū regnorum in genere concessis,& quibus in illis legentes,degentes,audientes,& commorātes utebantur,potiebātur,& gaudebant,uti,potiri,& gaudere. Ita quód in eodem Collegio studentes,& audientes tantùm in artibus,logica, & philosophia,theologia,iure canonico,vel civili Baccallaureatus, licētiæ,

 docto-

doctoratus,magisterij gradus respectivè ad instar aliorum studiorum generalium dictorum regnorum,postquàm cursus suos fecissent, suscipere liberè,& licitè possent,& valerent,statuimus,& ordinamus, ac sibi desuper indulsimus, & concessimus pro ut in nostris literis confectis plenius continetur. Cùm autem dictus Rodericus unum in Sancti Martini Hispalēsis,& aliū in Sancti Mathei oppidi de Xeritio, ac reliquū in de Salvatierra prædicta Hispalensis,& Pacensis diœcesis parrochialibus Ecclesijs perpetua simplicia beneficia Ecclesiastica,servitoria,quæ obtinebat per dilectum filium Gundisalvo de la Parra Archidiachonum de la Parra in Ecclesia Pacensi procuratorē suum ad id ab eo specialiter cōstitutū,hodiem eisdē manibus nostris spōtē,& liberè resignaverit. Nosq; posteriorem resignationem huiusmodi duximus admittendā,nullusq de dictis servitorijs beneficijs,præter nos, pro eo quod nos dudùm omnia beneficia Ecclesiastica apud sedem eandem tunc vaccantia,& in antea vaccatura collactioni,& dispositioni nostræ reservavimus,decernentes ex tunc irritum,& inane si secùs super his à quoquam quavis authoritate scienter,vel ignoranter contigeret attentari,hac vice disponere potuerit,sive per sit reservatione,& decreto obsistentibus supradictis. Et sicùt exibita nobis nuper pro parte Roderici, Rectoris,scholarium,magistrorum,doctorum,capellanorū,servitorum, & aliarum personatum prædictorum petitio continebat,si dicta servitoria beneficia eidem Collegio,seu domui perpetuò unirentur,annecterentur, & incorporarētur, ex hoc profecto Rector,scholares,magistri,doctores, capellani, servitores,& aliæ personæ prædicti commodiùs se sustentare, & onera eis pro tempore incumbentia faciliùs perferte valerent. Pro parte Roderici,Rectoris,scholarium,magistrorum,doctorum,capellanorum,servitorum, & aliarum personatum prædictorum asserentium fructus, redditus, & proventus dictorum beneficiorum servitoriorum centum ducatorum auri de Camera secundúm communem extimationem valorem annuum nō excedere,nobis fuit humiliter supplicatum, ut dicta beneficia servitoria eidē Collegio,vel domui perpetuò unire,annectere, & incorporare,ac aliàs in præmisis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos qui dudùm inter alia voluimus, quòd petentes Ecclesiastica beneficia alijs uniri,tenerentur exprimere verum annuum valorem secundùm prædictam extimationem etiam beneficij,cui aliud uniri peteretur,alioquim unio non valeret, & semper unionibus commissio fieret ad partes uocatis quorum interesset,Rodericum, Rectorē, scholares, magistros, doctores, capellanos, servitores, et aliàs personas prædictas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsque

alijſque Eccleſiaſticis ſententijs,cenſuris,& pœnis à iure,vel ab homine quavis occaſione,vel cauſa latis ſi quis quomodolibet innodati exiſtũt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolvẽtes,& abſolutos fore cenſentes:ac fructuum,reddituum,& proventuum dicti Collegij ſeu domus verũ annuũ valorẽ præſentibus pro expreſſo habentibus huiuſmodi ſupplicationibus inclinati prædicta ſervitoria beneficia ſive per poſteriorem reſignationem huiuſmodi,ſive alijs quibuſvis modis,aut ex aliorũ quorũcunq; perſonis,ſeu per ſimilẽ dicti Rodenci, vel quorumvis aliorum reſignationem de illis in Romana Curia, vel extra eam,etiam corã Notario publico,& teſtibus ſponte factã vaccẽt,etiã ſi tanto tẽpore vaccaverint,quòd eorũ collactio,iuxta Lateranẽſis ſtatuta Concilij,ad ſedem eandem legitimè devoluta, ipſaq; beneficia ſervitoria diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter , vel aliàs generaliter reſervata exiſtant.Et ſuper eis inter aliquos lis,cuius ſtatũ præſentibus haberi volumus pro expreſſo,pendeat indeciſſa:dummodo eorũ diſpoſitio ad nos hac vice pertineat,cum omnibus iuribus,& pertinentijs ſuis eidem Collegio ſeu domui perpetuò authoritate Apoſtolica tenore præſentium unimus,annectimus,& incorporamus. Ita quòd liceat ex nunc eiſdem Rectori,& ſcholaribus,per ſe,vel per aliũ ſeu alios corporalẽ beneficiorũ ſervitoriorum,iuriumq; & pertinentiarum prædictorũ poſſeſsionẽ propria authoritate liberè appræhendere,& perpetuò retinere,ac illorũ fructus,redditus,& proventus in ſuos Rectoris,ſcholariũ,magiſtrorũ, doctorum,capellanorum,ſervitorum,& aliarum perſonarũ Collegij , & beneficiorum prædictorum ſuſtentationem,conſervationem,& augmẽtũ, & non alios uſus,et utilitates cõvertere,diœceſſanorum locorum,et quorumvis aliorum licentia ſuper hoc minimè requiſita. Non obſtantibus voluntate noſtra prædicta,ac fœlicis recordationis Bonifacij Papę VIII. prædeceſſoris noſtrij,et alijs conſtitutionibus,et ordinationibus Apoſtolicis cõtrarijs quibuſcũq;.Aut ſi aliquibus,ſuper proviſionibus ſibi faciẽdis,de huiuſmodi vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales,vel generales dictæ ſedis,vel legatorũ eius literas impetrarint,etiam ſi per eas adinhibitionem reſervationẽ,et decretum,vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum.Quas quidem literas et proceſſus habitos per eaſdem, et inde ſecuta quæcunque addicta beneficia ſervitoria volumus nõ extẽdi:ſed nullũ per hoc eis quo ad aſſecutionẽ beneficiorũ aliorũ præiudiciũ generari,et quibuslibet alijs prævilegijs,indulgẽtijs,et literis Apoſtolicis generalibus,vel ſpecialibus quorũcunq; tenorum exiſtant,per quæ præſentibus nõ expreſſa,vel totaliter nõ inſerta,effectus earũ impediri valeat quomodolibet,vel differri,& de quibus quorumque totis tenoribus

de

de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nos enim, quód de cætero perpetuis futuris temporibus dignitates, personatus, & beneficia Ecclesiastica (etiam curam animarum habentia) obtinentes, & præsbiteri nunc, & pro tempore per triennium in eodem Collegio duntaxat leges audire, & in eis studere liberé, & licitè valeant: & quod Collegiū præstimonia, præstimoniales portiones, aut simplicia servitoria prædicta, ac quæcunque alia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura eidem Collegio nunc, & pro tempore, perpetuò, vel ad tempus quavis etiam Apostolica authoritate unita, annexa, & incorporata, ac ipsius Collegij res, & bona quæcūque à quibusvis decimis, subsidijs, gravaminibus, impositionibus, & oneribus etiam ad quaruncunque personarum, etiam Regum, & Reginarum instantiam, aut aliàs, ac charitativis subsidijs tàm per locorum ordinarios, quàm quoscunque alios etiā per nos, & sedem prædictam, aut eius Legatos, etiam ex quibusvis urgentissimis, & maximis causis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam nominatim Collegio præstimonijs, præstimonialibus portionibus, aut simplicibus, vel servitorijs & alijs beneficijs prædictis, nunc & pro tempore, ut præfertur, unitis, annexis, & incorporatis, ac alijs rebus, & bonis Collegij huiusmodi nūc forsam impositis, ac pro tempore imponēdis, libera, exempta, & immunia sint, & esse censeantur: nec illorum ratione, vel causa aliquid solvere teneantur, nec ad id à quocunque Collegium, Rector, scholares, magistri, doctores, capellani, servitores, & aliæ personæ huiusmodi inviti compelli possint: quodque omnes, & singuli, qui in alijs universitatibus studiorum generalium cursus suos fecerint, & hoc legitimè provaverint, in dicto Collegio repetendo seu unam repetitionem publicam faciendo, & rigurosum examen subeūdo, in eodem Collegio quoscūque gradus, si per examinatores aprobati fuerint, recipere valeant. Præfata authoritate Apostolica eorundem tenore præsentium statuimus, decernimus, & ordinamus, ac priores literas prædictas, quo ad hoc ut nedūm Collegiū, Rector, scholares. doctores, magistri, capellani, & aliæ personæ degētes, sed etiā audiētes, vel cursantes in illo pro tēpore, omnibus & singulis prę vilegijs, prærrogativis, indultis, facultatibus, exēptionibus, inmunitatibus & gratijs alijs Collegijs studiorū generaliū dictorum regnorum etiā in specie nūc, & pro tēpore concessis, ut concordet cū alijs verbis in dictis literis supra appositis, videlicet: Gratijs generalibus, vel specialibus uti, potiri, & gaudere. Ac in eodem Collegio studentes, audientes, & cursantes, ac alij repetitionem huiusmodi ut supra facientes etiam in medicina

Bacca-

Baccallaureatus,licētiæ,& magisterij gradus respectivè suscipere,ac etiā prævilegijs,indultis,cōcesſionibus,&alijs gratijs huiusmodi,quibus etiā in universitate studij Salmanticensis pro tempore graduati,seu promoti utuntur,potiuntur,& gaudent,uti,& potiri,& gaudere posſint. Quodq; Rodericus quoad vixerit,& post eius obitum persona, seu personæ per eum nominanda,vel nominandæ huiusmodi quæcunq; statuta,& ordinationes sacris canonibus non cōtraria,tàm pro Collegij,Rectoris,scholariū,magistrorum,doctorum,capellanorum,& aliarum personarū huiusmodi fœlici directione (ut præfertur) quàm etiam circa ordinem in ipso Collegio cursandi,ac cathedrarum,& illas regentium, & cursus agédos, & quem ordinem cursantes servare debeant,ac etiam circa graduādos,& illorum examen,nec non qualitates, & numerum examinatorū, ac expensas,quas examinandi,vel graduandi,vel promovendi facere teneantur.Ac salaria regentium,& aliorum officialium studij constituenda,nec non dispositionem temporum,& horarum legendi.ac omnium, & singulorum aliorum,quæ prosperum,& fœlicem statum,& ordinem, ac directionem,utilitatem,honorem,conservanonem,manutentionem, & augmentum dicti Collegij in spiritualibus, & temporalibus concernunt,condere,statuere,ordinare,cassare,derogare,mutare,addere,declarare,interpretari,corrigere,& alia de novo in totum, vel in partem facere:quæ eo ipso dicta authoritate Apostolica confirmata sint,& esse censeantur libere,& licite valeant.Authoritate, & tenore similibus extendimus,& ampliamus,Non obstantibus præmisſis,ac statutis,& ordinationibus Apostolicis,nec non dicti Collegij iuramento,confirmatione Apostolica,vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & cōsuetudinibus, ac omnibus illis,quæ in dictis prioribus literis voluimus non obstare cęterisque contrarijs quibuscunque.Proviso,quòd dicta servitoria beneficia debitis propterea non fraudentur obsequijs:sed eorum cōgruè supportentur onèra consueta.Et insuper,prout est,irritum decernimus , & inane,si secùs super his à quoquam quavis authoritate scienter,vel ignoranter attentatum forsam est hactenus,vel in posterùm contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis,unionis,annexionis,incorporationis,statuti, ordinationis, extensionis,ampliationis,& decreti infringere,vel ei ausu temerario cōtra ire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei.ac beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius se noverit incursurū. Datis Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesisimo quingentesisimo octavo,sexto decimo Kalendis Iulij, Pontificatus nostri anno quinto.

TESTAMENTVM IN VVLGARI DOMINI Magiſtri Roderici DE SANCTA ELLA ARCHIDIAchoni de Reina Fundatoris iſtius Collegij Sanctæ Mariæ de IESV.

(!)

EN EL NOMBRE DE DIOS TODO POderoſo Padre, Hijo, y Eſpirituſanto, trino en perſonas, e uno en ſubſtancia, y de la muy glorioſa virgen ſanta Maria madre de Dios, e abogada de los pecadores, e de los Santos Apoſtoles ſeñor San Pedro, e ſeñor San Pablo, y ſeñor Santiago, y de toda la Corte celeſtial yo el Prothonotario Ruy Fernandez de ſanta Ella Maeſtro en Artes, y en ſanta Theologia, indigno Sacerdote, Arcediano de Reyna, e Canonigo en la ſanta Igleſia de Sevilla, aviendo memoria de la muerte, que es natural a todo hombre, y puede venir cada hora, e teniendo ante los ojos, quanto depues de la penitencia, e comunion aprovecha la buena diſpoſicion del teſtamento, para ſalud, y ſeguridad del anima del Chriſtiano delante Dios, e quanto ſe halla conſolado y repoſado el eſpiritu eſperando la voluntad de Dios en el mejor aparejo, que ſegun ſu flaqueza en eſte mundo puede alcançar, ordenè, y diſpuſe mi teſtamento a honor de Dios, e de ſu bendita madre, y provecho de mi anima, en la forma que ſe ſigue.

¶ Primeramente mando mi anima a Dios que la criò, e redimiò por ſu precioſa ſangre: y confieſſo, que creo todo lo que cree la ſanta madre Igleſia Catholica, expreſſando en ello todo lo que los ſantos Padres ayuntados en el Concilio Niceno por el Eſpirituſanto determinaron, con el Symbolo de los ſantos Apoſtoles, y del bienaventurado Patriarcha ſanto Athanaſio: los quales tres Symbolos, conviene a ſaber de los ſantos Apoſtoles, y del ſanto Concilio ſuſodicho, y del ſanto Athanaſio, con todos los articulos en ellos contenidos, aſsi los que perteneſcen a la preexcelente divinidad, como los que perteneſcen a la glorioſiſsima humanidad de nueſtro muy dulce Maeſtro, y Redemptor IESV Chriſto, todos expreſſamente creo, y confieſſo aſsi como fiel Chriſtiano, de la manera miſma, que la ſanta madre Igleſia de Roma los cree, y dogmatiza,

matiza, y el gloriosíssimo Apostol señor San Pablo mi singular abogado los predicò: y protesto de vivir siempre, y morir en esta, y por esta Fè aqui confessada, que desde el santo Baptismo en mi reziēte natividad fasta oy vivi. De la qual Fè armado, confiando en la misericordia de IESV Christo, por la qual tomò carne humana, y en ella padescio, pagando la deuda que todo el humanal linage devia, & librandolo, e redimiendolo de la terrible mano del diablo, e poniendolo en via de salud, pongo mis inojos en tierra, e me ofrezco delante su clementissima piedad, suplicandole que no entre cōmigo su ingrato e inutil siervo en juyzio: ca ninguno se hallarà justo delante dèl: e yo menos. Por ende alço mis mortales culpados ojos delante su piedad, e clemencia, diziendo: Dios mio, esperança mia, e misericordia mia, e refugio mio, a ti desseo, a ti me socorro, a ti me vengo, no me desampares en esta hora, que soy reo debaxo de la mano de tu espantable juyzio: usa cōmigo de tu acostumbrada clemencia en estas mis grandes necessidades, quando por mis obras no puedo escapar, ni ayudarme. Pero tu, que me redemiste, ha misericordia de mi, ca mucho mas confio en tu infinita piedad, que desconfio de mis meritos, y puesto que muchas vezes pequè, Señor, a ti solo en mi grave culpa: confio, pues fuy tan caro de comprar, no serè menospreciado para perder: y por esso me socorro a ti, que a ninguno desamparas, y pongo mi espiritu en tus muy piadosas manos: miralo tu Señor mio, con ojos de padre, Dios de verdad, y concede que duerma, y huelgue en perpetua paz, que vives y reynas con Dios Padre, y el Espiritu santo en trinidad perfeta para siempre. Amen.

ITEM, puesto que mi cuerpo por aver sido instrumento, y parte de muchos pecados, y ofensas de Dios, no merescia ser enterrado en lugar sagrado; pero confiando en su infinita misericordia, e mirando a la dignidad que assi por el santo Baptismo, como por la Confirmacion, e por consagracion del santo Sacerdocio recibio, mando que en la capilla del Colegio de Santa Maria de IESV, que agora fago, ante el Altar sea enterrado. E porque algun pariente, o criado, o amigo, o devoto mio movido a memoria, por el lugar de la sepultura, se acuerde a dezir alguna Ave Maria, o oracion por mi, o echar algun agua bendita sobre la sepultura, quiero que encima de mi sepultura se ponga una laude, o losa, y al derredor se escrivan las palabras que en el testamento en latin puse. E assientense mis años, del año de mil y quatrocientos y quarenta y quatro, por quinze de Deziembre en que nasci, fasta el año, mes, y dia en que muriere.

ITEM, mando, y estrechamente defiendo, que ninguno de todos los

los de mi casa, ni pariente, ni criado tome luto por mi, ni mis albaceas lo puedan dar a persona.

I T E M, mando a todos los lugares piadosos, que en Sevilla usan nõbrar en los testamentos segun curso de Escrivanos publicos, a cada uno un real de plata; pero en especial a la fabrica desta santa Iglesia mando quatro mil maravedis, e al hospital del Cardenal, de la Misericordia, e al hospital de los Innocentes, y al hospital de las Buvas, y a la casa de San Lazaro, e a la Confradia para los pobres de las carceles, a cada uno un ducado de oro.

I T E M, mando que digan por mi anima y de mis antecessores tres treintanarios de Missas, uno en San Francisco de Sevilla, y otro en San Pablo, y el otro digan clerigos seglares escogidos a alvedrio de mis albaceas.

I T E M, mando que supliquen a mis señores Dean, e Cabildo de la santa Iglesia de Sevilla, e yo assi lo suplico a sus mercedes, que por mi anima, y de mis padres, y antecessores, e bienhechores hagan doze memorias cada un año perpetuamente, como en las pitanças acostumbran; para el dote del qual cargo mando que mis albaceas cõpren de tributo, e censo perpetuo los maravedis, que por los dichos señores, e mis albaceas fuere acordado: y entretanto los cumpla el Colegio de la renta de los bienes patrimoniales, que le dexo.

I T E M, mando a la Capilla de señor San Clemente do està el Sagrario en la santa Iglesia de Sevilla un castellano de oro en cera, que arda ante el santo Sacramento del cuerpo de nuestro señor Iesu Christo.

I T E M, mando a Maria Sanchez muger honesta, que està en mi casa, e la administra, por muchas, e buenas obras, y servicios, que della he rescebido, y porque es gran sierva de Dios, y persona de mucha virtud, y porque aya encomendada mi anima, quarenta mil maravedis en dinero, e mas una cama de ropa de las pieças que ella escogiere. E mas mando, que todo lo que ella dixere, que traxo a mi casa de ropa, alhajas, o vasijas sin contradicion alguna le sea dado y dexado tomar: e si algo se le ha gastado, o perdido, tome otro tal, y tanto, y de todo sea creyda por su palabra, e se entregue a su voluntad. Item, mando a la dicha Maria Sanchez una esclava de mi casa, qual ella escogiere: e dexo a su alvedrio, que despues de sus dias, o en ellos, faga della lo que mas servicio de Dios le paresciere, e bien del anima de la dicha esclava, e si ninguna de casa le agradare, quiero que le sea dado para comprar una a su voluntad. Item, mando, que si la dicha Maria Sãchez quisiere tomar algunas de las otras alhajas, o qualquier cosa mueble, fasta en precio de diez mil maravedis,

li-

libremente lo tome como cosa suya, y sea el precio a su alvedrio. Item, mando, que la dicha Maria Sanchez aya miētras viviere quatro mil maravedis, que renta cada año por vida una casa, que di al Colegio, y está en la Borziguineria, en que solia morar Garcia Fernandez Notario, para que con ellos pague una casa en que more a su voluntad: y despues de su vida quede la renta al Colegio, que tiene la propriedad. Item, mando e quiero, que el Colegio sea obligado a dar en cada mes a la dicha Maria Sanchez mientras viviere una fanega de harina, e si la quisiere en pan cocho, seale dado de lo que comieren los Colegiales cada dia, o a tercero dia como fuere su voluntad de la dicha Maria Sanchez: e si quisiere ella ella entre, y tome todo lo que quisiere. E el Rector, e Collegiales, y officiales la obedezcan, y acaten, y traté como a verdadera madre, que mucho mas le deve el Colegio, e yo: e no podria ser satisfecha con cosa igual a sus merecimientos.

I T E M, mando a Iuana Diaz mi sobrina veinte ducados de oro para ayuda de su casamiento, e que el Colegio no se los dè sino para aquel efecto.

I T E M, mando a Marina Ortiz honesta, mi prima, vezina de Ecija, diez ducados, porque ruegue a Dios por mi.

I T E M, mando a Pedro de Palma mi sobrino estudiante, que estè en el Colegio mientras quisiere estudiar, fasta rescebir el grado maior, al qual quiero, que le sea dado todo a costa del Colegio, e mas veinte ducados para ayuda a su salida.

I T E M, mando a Diego Ortiz estudiante mi sobrino, que si quisiere estudiar, sea fecho con él otro tanto como con el dicho Pedro de Palma, e si no quisiere continuar su estudio, seanle dados veinte ducados, y enderecelo Dios y su padre a lo que fuere su voluntad.

I T E M, mando a Diego de Carmona estudiante, que estè en el Colegio diez años, o doze, qual mas quisiere, e que le sea dado el grado maior a costa del Colegio, e mas cincuenta ducados para ataviarse, quando ende oviere de salir, mientras no turbare la paz de los Colegiales.

I T E M, mando que à Rodrigo mi sobrino le sea dada su parte de su hazienda, segun las memorias, que el Bachiller Bartholome de Sāta Ella tiene, e le den de comer, y vestir, y calçar en el Colegio, mientras no turbare la paz del, fasta que Dios dé algun orden en su vida.

I T E M, mando que el Bachiller Bartholome de Santa Ella, mi sobrino, estè en el Colegio, fasta que haga sus cursos para el grado maior, e lo resciba ende a costa del Colegio: el qual rescebido, salga dentro en tres meses, e le ayude el Colegio con cincuenta ducados para ataviarse.

I T E M,

ITEM, mando a Isabel Fernandez de Santa Ella mi sobrina, quel Colegio le acuda con medio cahiz de trigo cada año, mientras honestamente viviere, e con dos ducados de oro: esto se entienda mientras no turbare la paz de los que estovieren en el Colegio ninguno de los sobredichos.

ITEM, mando à Lucia Fernandez de Santa Ella mi sobrina, que allende de serle dada su hazienda, segun arriba dixe de Rodrigo su hermano le den cada año medio cahiz de trigo, mientras honestamente viviere.

ITEM, mando, que se faga cuenta con Benito Diaz mi Capellan, e se le cumpla su salario contando a tres mil maravedis por año, desde q començò a servir, contando todo lo que tiene rescebido. Todo lo hallará en un librete, que tengo en la caxa pequeña de escripturas ante mi cama, e denle mas tres mil maravedis.

A Gil de Fuentes Clerigo desde que començò a proseguir su estudio, e no pudo vacar a mi servicio, yo no le pague salario, y el como varon de buena conciencia ni creo, que lo esperò ni demandò, mando, que le den tres mil maravedis, porque ruegue a Dios por mi anima.

ITEM, mando, que unas casas que tengo en Palma de Micergillo, que se vendan para el Colegio.

ITEM, mando, que se vea la cuenta entre mi, e la fabrica desta santa Iglesia de algunos materiales, que me ha vendido para el Colegio, e luego se cumpla lo que le devo, sobre lo que le he pagado.

ITEM, por quanto la muerte es incierta, si por ventura Dios me llevare, y quedare Maria Sanchez, quiero y mando, que ella mediante Fernando Ruyz de Hojeda Clerigo beneficiado de San Iulian de Sevilla cobren las rentas del Colegio, y labren lo que con ellas pudieren, fasta q sea acabado; y si despues de mi, Dios la llevare, antes de ser acabada la dicha obra, el señor Pedro de Fuentes Canonigo de la dicha santa Iglesia de Sevilla, y el dicho Fernando Ruyz de Hojeda la lleven adelante con la dicha renta, fasta que sea acabada. E si por ventura Dios de alguno destos dispusiere, el que quedare lo prosiga. E si por ventura dispusiere de ambos, Gonçalo Perez Canonigo de Malaga lo haga. E si este no pudiere, los Visitadores que por las constituciones tengo nombrados elijan una persona temerosa de Dios, e fiel, y prudente, e abonada, y que dè fianças, y que esta cobre las rentas, y continue la obra, fasta que sea acabada, segun el orden que Anton Ruiz Cantero dirá, que yo tenia dado. Y este dè cuēta a los dichos visitadores una vez en el año, o mas si fuere menester, y tengā poder de lo quitar, y poner otro, sino hiziere loq̄ deve.

ITEM,

ITEM, quiero y mando, que si Gil de Fuentes mi Capellan quisiere entrar en el Colegio, desque sea acabado, y estudiar ende como Colegial so las constituciones que los otros, sea rescebido sin examen alguno y tratado como su virtud meresce.

ITEM, quiero y mando, que despues de acabado el Colegio esté un año sin meter los Colegiales, porque de la renta deste año se compre mas renta, o se haga deposito, para que el Colegio quede mas seguro y mejor dotado.

ITEM, mando, que el Colegio venda la heredad, que dizen la Torre, o cercado que dizen de Mairbé a la Fuente del Arçobispo, e del dinero porque se vendiere, se compren possessiones, o se trueque por renta segura de tributo, o de possessiones realengas, y esta renta se junte con la de las otras possessiones y rentas que al Colegio he dado para su dote, como abaxo dirè. Y esto mando que hagan mis albaceas, y el Rector e consejeros del Colegio, con consejo de los visitadores del Colegio.

ITEM, mandò que toda mi capilla assi ornamentos como retablo, e imagines, e un estuche que tiene un caliz, e patena, e ampollas, campanilla todo de plata dorada, e Missal, todo sea para la capilla del Colegio.

ITEM, mando, que una imagen Greca de nuestra Señora, que yo tengo en mi casa, se dé al Monasterio de San Clemente, do son Monjas dos sobrinas mias, porque oren a Dios por mi.

ITEM, mando, que un tapete grande e rico, que yo tengo, quede en la capilla del Colegio, para honrar con él el pie del Altar del dicho Colegio las fiestas, y tambien quede ende otro chico semejante a él en lana y en colores.

¶ Por quanto las constituciones, que yo el Arcediano Maestre Rodrigo de Santa Ella por autoridad Apostolica hize para buen govierno y regimiento del Colegio, son para desque estuviere ya fecho, y plantado, y formado de Rector, y consejeros, y capellanes, y los otros Colegiales, a los quales como Colegio pertenescen las eleciones y proveimiento de la casa segun ellas. E maguer que en este testamento provei la forma que se ha de tener en continuar y acabar el edificio: pero no fue proveido la manera, que se ha de tener en eligir los primeros Colegiales, porque en el tal principio va mucho para todo lo de adelante. Por ende, por quanto yo se, que el señor Maestro Alonso de Campos Arcediano de Almuñecar en la Iglesia de Granada, assi por servicio de Dios como por su gran virtud, e nuestra entrañable amistad tomarà, y executarà este cargo juntamente con el señor Pedro de Fuentes Canonigo en esta Santa Iglesia de Sevilla, al qual siempre he conoscido ser noble de coraçon,

çon,y recto,e afficionado al bien comun,e no torcerse,ni dexarse torcer por passion alguna. Por ende, yo como testador, e Fundador, & por la authoridad Apostolica que para ello tengo,les do poder,e los substituio en mi nombre, y por mi persona, para que venga, y pose en el Colegio el dicho señor Arcediano,y ende le sea dado a costa del Colegio todo lo necessario para su minsion, e se junte con el dicho Señor Canonigo Pedro de Fuentes,e tengan para cierto tiempo puestos sus edictos en Salamanca, y en Valladolid, y en las principales ciudades de Castilla, y del Andaluzia, en que se digan las facultades, del cursar, y graduar que el Colegio tiene, e las cosas de que han de proveer a los Colegiales, y las condiciones que los que se han de oponer han de traer, segun la forma de las constituciones por mi hechas, y de mi mano escriptas y emendadas, e a que tiempo han de hallarse en Sevilla para leer sus lecciones, y ellos los oigan,y examinen; y considerando las calidades, y el fin segun la forma de las constituciones elijan,los que mas idoneos les paresciere para ser planta,e principio de tal casa. E si no hallare de tales para cumplir el numero, dilatesse la eleccion de los que faltaren, para quando se ofreciere. A los quales encargo la conciencia,hagan la primera poblaciō de tales personas, cuyo exemplo, orden, e vida sea tal cimiento para el edificio de virtud adelante, que siempre el Colegio florezca, y prospere en fructo de virtud en virtud a honra y gloria de Dios; y pro de su santa Iglesia. Pero si por ventura el dicho señor Maestro no pudiere,o no quisiere tomar y dar fin al dicho negocio y cargo, entiendase esta claulula susodicha del señor Gonçalo Perez Canonigo de Malaga, del qual por su mucha virtud,y temor de Dios tengo la confiança que de mi persona misma.E si por ventura el dicho señor Gonçalo Perez por alguna razon no pudiere fazer lo susodicho, quiero e mando, que los visitadores por mi nombrados en las constituciones, que por authoridad Apostolica dexo fechas, con el dicho señor Canonigo Pedro de Fuentes hagan la dicha primera eleccion,o plantacion, o poblacion del Colegio conforme a lo susodicho,e a las dichas constituciones. E yo por las dichas authoridades que tengo,les do el poder para ello, e les pido por los mysterios de nuestra redempcion que teniendo a solo Dios,y al pro de su Iglesia ante sus ojos, declinen toda aficion y ruegos, e cajen este principio (quæ est rei dimidium,& plusquàm dimidium) de tales plantas,que seā exemplo,y vena de vida,y disciplina para todos sus successores. A los quales, y a cada uno dellos do poder para poder hazer los estatutos del cursar, y graduar.

E pa-

¶ E para cumplir todo lo en este mi testamento ordenado, y cada parte dello, nombro, y constituyo por mis Albaceas testamentarios al reverendo señor Canonigo Pedro de Fuentes, e al venerable padre Fernando Ruiz de Hojeda clerigo beneficiado de San Iulian de Sevilla, e juntamente con ellos a la madre Maria Sanchez honesta, que rije mi casa, a los quales juntamente do poder, que entren y vendan tantos de mis bienes muebles (excepto los libros que ya donè, e agora de nuevo dono al Colegio, y los tengo del prestados ad usum) quantos fueren menester para cumplir lo susodicho. E si por ventura alguno destos tres faltare por fallecimiento, o absencia, o justo impedimēto, los dos, o el uno que quedàre, lo pueda cumplir. Lo qual cumplido, de todo el remaniente que de todos mis bienes quedàre, assi raizes, como muebles, e semovientes, derechos, y acciones, assi espirituales, como temporales hago, e instituyo por mi heredero legitimo e universal al Colegio, que en el Corral de Xerez edifico. Cuya visitacion y orden de regimiento dexo ordenada y escrita en un volumen de constituciones, que con authoridad Apostolica yo ordenè, y escrevi de mi mano. Las quales, allende de la authoridad ya dicha, por la qual mando, que se usen y guarden, tambien quiero y mando, que sean usadas y guardadas como mi ultima y testamentaria voluntad, como Autor y Dotador del Colegio. E revoco, anulo, & casso qualquier otro testamento, y manda, y codicillo, que fasta oy aya fecho, assi por escripto, como por palabra, excepto uno, que en latin hize, y està insinuado de mano de Iuan de Cardona Prior y Canonigo de la Iglesia Colegial de San Salvador de Sevilla, e firmado de mi nombre, y ciertos testigos. So data de tres dias de Abril del año de mil y quinientos e ocho años. El qual, y este quiero e mando, que valan, y sean firmes de agora para siempre jamas como verdaderos testamentos, y mi ultima voluntad. E si ambos, o cada uno dellos no valieren por testamento, quiero, q̄ valā por codicillo, o en qualquier otra mejor manera, y forma, y via que valer puedan, y devan de derecho. Que es fecho e otorgado en la muy noble y muy leal ciudad de Sevilla a doze dias del mes de Enero del nascimiento de nuestro Salvador IESV Christo de mil y quinientos y nueve años. E yo el Arcediano de Reina Maestre Rodrigo de Santa Ella testador lo subscrivi de mi mano e firma acostumbrada en testimoio de verdad. Rodericus Archidiaconus. E yo Fernando Ruiz de Hojeda clerigo beneficiado de San Iulian, y Notario Apostolico lo vi, y oi otorgar este testamento segun que en el se contiene, e so testigo, e lo firmè de mi nombre en testimonio de verdad rogado y requerido. Ita est Fernando Ruiz de Hojeda beneficiado, Notario publico Apostolico.

tolico. Martin Lopez. E yo Gil de Fuentes clerigo Notario Apostolico so testigo. E yo Benito Diaz clerigo so testigo.

ITEM, por quanto yo el dicho Arcediano he tenido conocimiento de Iuan de Estoalalla Bachiller, y de Alonso de Castilla vezino de Aracena, & del Bachiller Ribera vezino de Zafra, y de un Racionero de Malaga, que conoce el Licenciado Gonçalo Perez ser personas que han usado virtud, y han estudiado, y dessean pulular en la sciencia. Y tenia en mi voluntad e concepto de les ayudar en su entrada del Colegio, porende ruego a los señores Examinadores, e primeros plantadores de los Colegiales del dicho Colegio se ayan con ellos benignamente en su examen y recibimiento, e siendo abiles, sean preferidos a los otros oponientes, e assi lo otorguê ante el Notario de yusso escripto. Rodericus Archidiachonus. Ita est Fernando Ruiz de Hojeda Notario.

¶ Por quanto yo el Arcediano de Reina Maestre Rodrigo tenia proposito de dar orden en las cosas necessarias al estudio general, que por la misericordia de Dios se ha avido para este Colegio, e no he avido tiempo de ordenar las constituciones cerca dello, que yo tenia pensadas para el buen govierno del dicho estudio, y del orden del cursar, y de dar, y rescebir los grados, y el gasto que cerca dello se deve hazer; assi quanto a la cantidad, que al Arca del Colegio se ha de dar segun la calidad del grado, como cerca de lo que se ha de dar a cada uno de los Examinadores, y las otras expensas, que se han de hazer muy moderadamente. Porende, si por ventura yo no pudiere hazerlo, e disponerlo, do todo mi poder cumplido, que por authoridad Apostolica para ello tengo, a los dichos señores, el señor Pedro de Fuentes Canonigo de la santa Iglesia de Sevilla, y el señor Maestro Alonso de Campos Arcediano de Almuñecar en la Iglesia de Granada, segun el orden de la plantacion nombrados con el Canonigo Gonçalo Perez, e los Visitadores que por via de substitucion fueron subrogados. E quiero y mando que lo que ellos ordenaren cerca desto, todo que vala, y sea firme, como si yo en persona propria lo ordenasse. A los quales encargo la conciencia de parte de Dios, y de su bendita Madre, que miren mucho, y moderen los gastos, de suerte, q̃ no excedan la condicion de los pobres, ni sea tan baxo, que sea reputado vil: quedando siempre toda la autoridad de la execucion destas cosas del estudio en Rector y consejeros del dicho Colegio. Y esto quiero que valga como clausula de testamento, o codicillo, o en qualquier otra mejor manera que de derecho pueda valer juntamente con este dicho testamẽto, y con el de en latin, de que en el se haze mencion. En testimonio de lo qual lo firmê de mi nombre. Rodericus Archidiachonus.

ITEM, mando, que Talavera estudiante que està en mi casa, estè ocho años en el Colegio, fasta que resciba el grado mayor, el qual grado le sea dado gratis.

ITEM, mando, que el dicho Gil de Fuentes clerigo mi Capellan estè en el dicho Colegio ocho años, fasta que le sea dado el grado mayor, el qual grado le sea dado gratis. E que pueda en este dicho tiempo servir Capellania fuera del dicho Colegio, no embargante que yo ove fecho una constitucion, que el clerigo que fuesse Colegial, no pudiesse servir Capellania, ni otro servicio fuera del dicho Colegio, la qual dicha constitucion no se entienda por el dicho Gil de Fuentes. En testimonio de lo qual, y porque sea firme, lo otorguè ante el Notario Apostolico de yusso escripto, e firmélo de mi nombre. Ni se entienda por el la constitucion que dize: que ningun Colegial tenga diez y nueve ducados de renta. Rodericus Archidiachonus. Ita est Fernando Ruiz de Hojeda Notario.

ITEM, quiero, y mando, que Francisco Garcia de Almonte hijo de Diego Garcia de Almonte, vezino de Almonte, sea tratado en lo de la entrada del Colegio, segun que dixe, y determiné en los quatro estudiãtes, que en un capitulo en la hoja atras desta firmado de mi nombre, y del Notario de yusso escripto està fecho, y determinado. Rodericus Archidiachonus. Fernando Ruiz de Hojedã Notario.

ITEM, quiero, y mando, que en la continuacion de la obra del Colegio, y cobrança sea puesto Gil de Fuentes clerigo juntamente con la madre Maria Sanchez, y con Fernando Ruiz de Hojeda clerigo beneficiado, de la virtud del qual confio hara como Catholico, y temeroso de Dios. E quiero, estè en el dicho Colegio, si quisiere desde el dia de mi fallecimiento, fasta que siendo poblado sea recebido, para cumplir los ocho años. Despues de los quales reciba el grado mayor a costa del Colegio. Y se pague lo que se deve a Pedro Sanchez de Sevilla, segun parecerà por un mi libramiento. Y por mi indispo-sicion roguè al Notario de yusso escripto lo firmasse de su nombre. Ita est Fernando Ruiz de Hojeda Notario.

(!)

TESTAMENTVM IN SERMONE LATINO Domini Magistri Roderici DE SANCTA ELLA ARCHIdiachoni de Reina, Fundatoris istius Collegij Sanctæ Mariæ de IESV.

(!)

Assit mihi Spiritus Sancti gratia usq; in finem. Amen.

FRAGILIS EST VITA NOSTRA, & casus nos circunstant innumeri : quid vitemus, providere satis non possumus, illum diuturna ægritudo, hunc brevis langor, alium repentina improvisaq; mors rapit, & præoccupat. Omnibus autem incerta vocationis est hora, quo in loco, quo in tempore ea nos expectet nescimus : invadere illam nos posse momentis singulis non dubitamus : expectare illam omni tempore & loco debemus memores sententiæ illius Sapientis apud Ecclesiasticum dicentis: Quoniam mors non tardat, & quidem quæ de terra sunt facilè in terram revertuntur. Inscitia est, securitate vitæ, de exitu non cogitare. Dispensationem quoq; domesticam in id tempus differre, in quo mens plurimis gravata, ad unum aliquod rarò est idonea. Angit timor mortis: torquet infirmitas : circunstantium est importuna cupiditas: qui sua, nō nostra quærentes, ab animæ cura ad terrena nos revocant. Cogentes sæpe perturbationibus suis eum mori, qui vel moriturus non erat, vel certè non tam citò moriturus. Vt igitur (concedente altissimo) hæc omnia devitem, & ad meum, non alienum arbitrium, quæ meditor fiant. Existimans, quæ ab Esaia propheta Ezechię regi sunt dicta, mihi iampridem imperata. Disponi domui tuæ, quia morieris tu & non vives. Illud etiam Salvatoris formidans : Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit: serò, an manè, an galli cantu, &c. Satui testamentum hoc condere meo chyrographo subscriptum. Cui ita esse vim volo, si id ipsum, aut eius partem ante mortem non revocem.

Eſt verò huiuſmodi.

¶ In primis conuerſus in Deum Autorem & Redemptorem meum: cum ſim anxius futuri de me iudicij, & neſcius vtrum odio, an acceptione ſim dignus. Sciens autem in manu eius vitam eſſe, atq; interitum: per viſcera miſericordiæ ſuæ, in quibus viſitavit nos oriens ex alto: humi ſtratus oro, ut fiant aures ſuæ intendentes in vocem deprecationis meæ: nec intret in iudicio cum ſervo ſuo: & adverſus folium, quod vento rapi tur, non exerceat potentiam ſuam, nec ſiccam ſtipulam perſequatur. Pœnitentis ſacerdotis animulam non dedignetur: ignoſcat illi delicta præterita, & ignorantias ſuas: ſuſcipiat creaturam ſuam Creator, & factor figmentum ſuum. Meminerit, quòd homo immundus de immundo conceptus ſum ſemine: & quòd in peccatis concepit me mater mea. Veniat ante oculos pietatis ſuæ vitæ humanæ infirmitas, in qua, per omnẽ ętatis ſucceſſum, nobis ſemper deſideriorum facibus incitari non ceſſamus, & extinguere, ſine ipſius ope, ignea inimici tela nõ poſſumus. Stulta eſt pueritia, innanis adoleſcentia, iuvẽtus lubrica: virile ſtudiũ ad ambitionẽ inclinat: friget ſenectus, & deficit in ea virtus, ſi Dominus non ſuſtinet, cui erit ſperãdi fiducia? Aut quem tanta ſarcina ſine levamine eius non prǽmat? Recordetur Pauli ſervi ſui ad Romanos hanc lamentantis infelicitatem: Non (inquit) quod volo bonum hoc facio: ſed quod nolo malum hoc ago. Eſt miſerator & miſericors Dominus, longanimis & multùm miſericors: ſuntq; miſerationes eius ſuper omnia opera eius immenſæ. Secundùm ergo peccata mea non faciat mihi: neq; ſecundum iniquitates meas retribuat mihi. Quia non iuſtificabitur in conſpectu eius omnis vivens, & multò minus ego inſipiens & miſer. Flecto igitur genua mea coram unica ſpe mea Chriſto IESV Redemptore meo, ſic orans. Deus meus, Deus meus, miſericordia mea, & refugium meum, te deſidero, ad te confugio, ad te venire feſtino: ne deſpicias me ſub tremendo diſcrimine poſitum. Adeſto propitius mihi in his magnis meis neceſſitatibus: non poſſum me redimere meis actionibus: ſed tu redime me, & miſerere mei. Diffido de meis meritis: ſed confido de tuis miſerationibus, & plus confido de miſerationibus tuis, quàm diffidam de malis meis: tu ſpes mea, Deus meus: tibi ſoli peccavi mea culpa. Qui tibi fui charus ad redimendum, non ſim vilis ad perdendum, & nunc ad te venio, quia nulli dees. Cupio diſſolvi & eſſe tecum, in manus tuas cõmendo ſpiritum meũ, reſpice in me Domine Deus veritatis: & per ſanctam Nativitatem tuam, paſsionem & mortem, ac Reſurrectionem, ac Aſcenſionem in cælũ, atq; adventũ Sancti Spiritus Paracliti, piè excipe,

&

& salva humiliatam animam meam, præstans mihi, ut in pace dormiã, & requiescam cum beatis spiritibus tuis in vita ęterna. Qui vivis & regnas Deus, in trinitate perfecta, cum Patre & Spirituſancto in ſęcula ſęculorum. Amen.

¶ Proximè autem, si quid contra Pastorem meum ſanctæ Ecclesiæ Hispalensis Pontificem vivens peccavi, peccasse autem multa me confiteor. Si quid dicto, aut facto contumaciùs egi: si non dignè reveritus; si non parui; si contristavi; si carpsi: pro suis in me meritis, & cura pastorali non dignè retribui: nimiam eius pietatem gemens imploro, ut mihi ignoscat, & oblitus omnium, animæ defuncti benedicat: quæ clemens & ab animo profecta indulgentia, petenti reo erit levamini, & indulgenti patri merces à Domino. Cum dominis patribus, & collegis meis, quoniam frequentiùs usus fui, frequentiorem utiq; esse oportuit, offendendi occasionem: in multis enim peccamus omnes: & ego infelix non minus cæteris. Zelotipia, contentio, obtrectatio, ira, invidia, solicitare animos nostros solent. Quicquid in hos admisi, quicquid à me amaré acceptum retulerunt, oro obtestorq; per commune consortium, per spem misericordiæ, quam à Domino iudicandi expectant, ut id omne deponant, injurias condonent, & præcentur defuncto, eam requiem fratri optantes, quam pro se impetrari à Domino cupiũt. Executoribus, quos in calce testamenti designo, hoc officium pietatis relinquo: ut primò, post obitum meum, capitulo hanc veniam & remissionem, non innanis gloriæ, sed salutis causa meo nomine petant.

¶ Vt verò ad gloriam Dei, & integritatem communionis fidelium perseverantis (licet peccatoris servi) pateat fides. Alta voce profiteor, tenuisse me à lavacro sancti Baptismatis usq; in diem præsentem sanctam orthodoxam fidem catholicam, symbolum ab Apostolis conditum, expositiones fidei Concilij Niceni, & magni Athanasij Patriarchæ Alexandrini. Anathematizasse etiam me ex tunc, & in pręsentiarum anathematizare omnem hæresim extollentem se adversus sanctam & immaculatam fidem Christi, in qua (ut dixi) vivere & mori intendo. Sequens hoc confessionis meæ chyrographum, & omnipotenti Deo in extremo iudicio repræsentans: Credo in Deum, &c.

¶ Corpus verò meum contaminatum flagitijs, licet indignum sit cui habeatur honor, sepulchriq; facilis sit semper jactura, rationem tamen habens dignitatis Baptismi, quo per visibilẽ spem, invisibilis mihi est impressus caracter, & sacrę unctionis, qua tàm in Baptismo & Cõfirmatione, & Sacerdotio delibatũ fuit. Officij quoq; sanctę prędicationis; quã ad plebẽ Christi (eo mediante) uti organo per annos supra XXXX

exercui: nec non futuræ resurrectionis, qua simul cum anima suscitandum spero. Et ut suffragijs Ecclesiæ commodiùs aptetur, traddi oro ecclesiasticæ sepulturæ: eis ornamentis vestitum lineis, quæ consuetudo Sacerdotalis ordinis tulit. Exequiæ verò in cæteris sapiant modestiam funeralem: in nihilo sæculi huius pompam, sed laudabilem Sacerdotum consuetudinem.

¶ Nigrum colorem (quem lutum vocant) nemo pro me etiam de familia mea induat: nemo indicia tristitiæ præ se ferat, quemadmodum faciunt, qui spem non habent. Igitur corpusculum meum recondi iubeo in Colegio sanctæ Mariæ de IESV ante gradus Altaris in solo plano in sepulchro lapide maiusculo contecto, in cuius circunferentia hic conscribatur titulus. Hic iacet Rodericus Ferdinandus à Sancta Ella præsbyter, Artium, & Theologiæ Magister, sedis Apostolicę Prothonotarius, sanctæ Hispalensis Ecclesiæ Canonicus, & Archidiachonus de Reina. Vixit annos sexaginta quatuor. Decessit die sabbathi vicessima Mensis Ianuarij. Anno Domini millessimo quingentessimo nono. Qui legit oret piè pro peccatore.

¶ Tumulum verò ligneum super sepulchro subinterminatione maledictionis in sempiternum poni prohibeo, etiam in die anniversarij suffragij.

¶ Bona verò mea omnia tàm immobilia, quàm mobilia, & semoventia memorato Collegio sanctæ Mariæ de IESV relinquo: quod cõstituo hæredem universorum bonorum, & actionum, ac iurium meorum tàm spiritualium quàm temporalium. Executores autem huius testamenti nomino, & instituo reverendum ac nobilem virum dominum Petrum de Fuentes Canonicum in dicta sancta Ecclesia Hispalensi, nec non venerabilem præsbyterum Ferdinandum Ruiz de Hojeda, ac una cum eis religiosam fęminam Mariam Sanchez Christi ancillam, ac domus meæ gubernatricem. Quibus coniunctim præbeo facultatem omnia exequendi, quæ esse meæ ultimæ voluntatis per hoc, & aliud vulgare testamentum simul cum meis codicilis eis constiterit: ut solertes, ac pios testamentorum executores decet.

¶ Præterea, revoco, casso, & irrito quodcunque aliud testamentum, aut codicillum, sive legata, quæ tàm scripto, quàm verbo hactenus feci, iubens illa nullius fore roboris, ac momenti. Excepto uno cum suis codicillis, quod lingua materna condidi, ubi legata pia, & nonnulla alia, quæ particularem, & (ut ita dixerim) minutiorem exigebant explicationem, exposui. Quod est sub data die duodecima mensis Ianuarij, anno Domini millessimo quingẽtessimo nono. Et est insinuatũ

per

per Ferdinandum Ruiz de Hojeda Notarium publicum Apoftolicum, meo etiam nomine, & Martini Lupi, & Egidij de Fuentes, & Benedicti Diaz Clericorum civitatis Hifpalenfis teftium rogatorum fubfcriptum, quod fimul cum fuis cobdicillis una cum hoc teftamento prorfus ut verum & ultimam voluntatem meam, quacunq; meliori via & forma poffum: valere volo, iubeoq;. Sunt autem hæc acta Hifpali, tertia die Aprilis, anno à Nativitate Domini millefsimo quingentefsimo octavo. Et ego Magifter Rodericus à Sancta Ella teftator, qui fupra hoc teftamentum condidi, & velut ultimam voluntatem meam valere volui, & iufsi, & iubeo. Et ideo meo nomine ipfum fubfcripfi. Rodericus Archidiaconus. Et ego Benedictus Diaz Clericus fum teftis rogatus. Et ego Egidius de Fonte fum teftis rogatus. Et ego Ferdinandus Roderici de Hojeda Beneficiatus, Notarius Apoftolicus fum teftis. Et ego Ioannes de Cardona Prior, & Canonicus Collegiatæ Sancti Salvatoris Hifpaléfis Ecclefiæ Publicus & Apoftolica, ac Imperiali authoritate Notarius, ad requifitionem reverendi Patris & domini domini Magiftri Roderici teftatoris prædicti, quia præmifsis omnibus & fingulis, dúm fic ut permittitur, agerentur, dicerentur, & concederentur, una cum prænotatis teftibus præfens interfui. Eaq; omnia & fingula fic fieri, vidi, & audivi. Ideo hoc præfens publicum teftamenti inftrumentum manu alterius fideliter fcriptum ex inde confeci, fignoq; & nomine meis folitis & confuetis fignavi: & fubfcripfi in fidem & teftimonium omnium, & fingulorum præmifforum requifitus, & rogatus. Ioannes de Cardona publicus & Apoftolicus Notarius.

¶ Quibus omnibus, & fingulis tanquàm ritè & legitimè factis authoritatem & decretum noftrum duximus interponendum, & interpofuimus, prout interponimus præfentium per tenorem.

¶ In quorum omnium, & fingulorum fidem & teftimonium præmifforum præfentes literas, fiue præfens publicum tranfumpti inftrumẽtum exinde fieri, & per Notarium publicum infrafcriptum fubfcribi, & publicari mandavimus, noftroq; nomine fubfcripfimus, figilliq; noftri iufsimus, & fecimus appenfione communiri. Datis & actis Hifpali in præfato Monafterio noftro. Nobis inibi hora vefperorum, audientiæ confueta, pro tribunali fedentibus. Sub anno à Nativitate Domini millefsimo quingentefsimo decimo octavo, indictione fexta, die verò vicefsima octava Menfis Ianuarij, Pontificatus fanctifsimi in Chrifto Patris, & domini noftri domini Leonis divina providentia Papæ decimi, anno quinto. Præfentibus ibidẽ venerabilibus viris dominis Alfonfo Gutierrez de Luna, & Ioãne Fernandez presbyteris Hifpalenfibus, ac

Antonio Martini Religioso dicti Monasterij, & Francisco de Soto dicti domini Portionarij familiare, atq; quoad correctionem, & collactionem dicti trasumpti cum dictis literis. Petro Moreno Apostolico Notario, ac Francisco de Cõtreras, & Andrea de Tengillo Clericis, & vicinis civitatis Hispalensis testibus ad præmissa vocatis specialiter atq; rogatis.

¶ Et quia ego Rodericus de Montiel Præsbyter Conchensis diœcesis Capellanus Capellæ Regum Sanctæ Ecclesiæ Hispalensis, Publicus Apostolica authoritate Notarius præmissis omnibus, & singulis, dùm sic ut præmittitur, fierent & agerentur, una cum præ notatis testibus interfui. Ideo hoc præsens publicum trasumpti instrumentum exinde confeci, subscripsi, & publicavi, signoq; & nomine meis consuetis, una cum præfati reverendi Domini Prioris nominis roboratione, & sigilli appensione asignavi in fidé & testimonium præmissorum, rogatus, & requisitus.

(l)



STATVTA

ET ORDINATIONES COLLEGII Beatæ Mariæ de Iesu,

NOVITER CONDITAE AVTHORITATE APOSTOLICA, à Magistro Navarro Canonico Ecclesiæ Hispalensis.

DE ELECTIONE RECTORIS, & consiliariorum.



RIMVM statutum. Volumus & ordinamus, quòd Rector eligatur Chalẽdis Ianuarij: & solùm in officio suo per unum annum; itaque per biennium Rector minimè existet: & immediatè nullo modo reeligi possit: benè tamen uno anno transacto eligi poterit. Volumus etiam, quòd illius anni Rectoratus in suo octonario non fiat computatio: quod pro una vice duntaxat fieri permittimus, nam si contingat iterum eligi, illius anni computatio fiet. Item præcipimus, quòd si quis electorum, tempore electionis Rectoris, absens fuerit, perdat vestem & insignia, quæ de proximo erat recepturus, quod intelligendum est, si causa legitima moræ non adsit, quam diligentissimè Rector, & consiliarij teneantur examinare. Cõsiliarij etiam per unum integrum annum in suo officio solum existant: sed iterum eligi (& si immediatè) benè permittimus. Cætera his non contradicentia, quæ dominus Fundator præcepit servari, ad electionem Rectoris, sive consiliariorum pertinentia, sub pœnis illic positis nos strictissime custodire mandamus.

DE ELECTIONE COLLEGIALIVM, & reliquorum ministrorum.



ECVNDVM statutum. Volumus & statuimus, quòd electio Collegialium fiat per cedulas secretas, præmissa inquisitione de moribus & vita (præter eam inquisitionem, quam per Collegialem exequendam de ipso electo infra mandabimus) & præmissa in literis sufficientia, & dicta Missa de Spiritu Sãcto,

 is ha-

is habeatur electus,qui plura vota puncta habuerit. Volumus etiam, quòd oppofitores nullo modo interfint periculo examinis,quod quilibet eorum habiturus eft:fed tantùm coram Collegialibus legatur lectio,& ipfi inftent,& fub figillo confefsionis celent modum,quem unufquifque oppofitorum iuxta lectionem fortitus eft.Vt fufficientia oppofitorum evidentiùs patefiat mandamus,ut liber decretalium,aut magiftri fententiarum,in tres partes dividatur,& eligatur ipfa pars, quam ipfe oppofitor maluerit:& intra viginti quatuor horas,lectionem in camera Rectoris(quovis extero fecluſo)legat. Nulli oppofitorum iuris pontificij obftet,fi principijs dialecticæ careat: fed pofita in cæteris paritate, qui in dialectica,aut philofophia inftructus fuerit, alijs præponatur. Eos veró,qui ad præbendam theologiçe fe oppofuerint, dialecticam & philofophiam calere volumus.Et in his electionibus,eadem pœna iudicetur impofita,quæ in electione Rectoris, & confiliariorum, ob tranfgrefsionem imponitur.Volumus etiam,quòd omnes electiones officialium Collegij,fiant per totum Collegium.Huiufmodi electiones erūt, putaNotarij,Bedelli,Maiordomi,& Familiarium. Qui Familiares per biennium tantū durabunt,& iterum fi Collegio accepti fuerint, reeligi pofsint.

AD INFORMATIONEM PRO Ingreffu Collegialium.



ERTIVM ftatutum. Quoniam multa fe offerunt admodū neceffaria ad hoc ftatuendum: ordinamus,& ftatuimus, quòd in hoc Collegium facro munere cultui divino initiatum, nullus admitti valeat, qui aliqua fui generis macula, quantumcunque remota,maculofus,aut infectus exiftat,ex Hebreorum genere,& Agarenorum,ad quod præcipue obfervandum, ftrictifsimè mandamus(& ne in errorem aliquis incidat,præter pœnam perjurij, & excommunicationis, in quam incidant ipfo facto omnes oppofitum confentientes)quòd anteaquam aliquis iam electus, ad Collegium admittatur,quidam Collegialis per maiorem partem Collegij electus,tēdat ad probationem legitimè faciendam in patriam ipfius electi:& eius proprijs impenfis, quæ in manibus Rectoris priùs reponantur quàm Collegialis difcedat.Iurabitque Collegialis in miffali aperto coram maiore parte Collegij,fe omnia fidelifsimè facturum,omni odio,& quavis finiftra affectione & amore poftpofitis; & in tali probatione facienda, nequaquam affumat teftes,nifi fibi priùs conftiterit de genere antiquo

quo fore Christianos ; & si inquisitio generis præcipué intendatur in hac nostra constitutione Cum hoc tamen volumus, quòd per ipsum Collegialem de vita, & moribus, & alijs ad admissionem Collegialis pertinentibus, equalis inquisitio fiat: & legitima probatio tàm de rebus parentum, quàm de redditibus patrimonialibus, prout inferius quinto statuto per nos dispositio, & ordinato ad plenum continetur, per collegam missum peragatur.

DE VESTE COLLEGIALIVM.

QVARTVM statutum. Vestitui Collegialium providentes statuimus, quòd cuilibet Collegiali, & capellano, Kalendis Ianuarij, cum electio Rectoris fiat, per singulos annos detur vestis (quæ vulgo opa dicitur) cum insignijs, nisi aliqua legitima causa ipsis privatus existat. Dummodo, extractis ab arca pecunijs ad emendas vestes, remaneant quatuorcenti ducati. Sed si pecunia prædicta defecerit, dabuntur interea postquàm annus cum dimidio fuerit transactus: ita quòd quilibet Collegialis, aut capellanus, per totum tempus in quo ius ad Collegium habeat, quatuor tantùm vestes cum suis insignijs à Collègio recipiat: dummodo vestis, quam Collegialis, aut capellanus in principio sui ingressus proprijs impensis empturus est, duret per annnm cum dimidio. Sed si Collegium inopia pecuniarum laboraverit, Rector de eis provideat, in tempore, quo (nullum gravamen Collegio patienti) possint dari. Nam nollumus rem Collegij in minimo defraudari: in quo conscientiam ipsius Rectoris, & consiliariorum oneramus. Erunt ipsæ vestes in moderata longitudine, & latitudine, prout honestatem Collegialium decet.

DE TEMPORE COLLEGIALIVM in Collegio, & existentia, & tollerantia gradus, & ministri.

QVINTVM statutum. Quia ad honorem Collegij, atque eius non paucam utilitatem scimus maximè conducere, ordinamus, & statuimus, ut postquàm aliquis ad gradum Licenciatus, aut Magisterij, seu Doctoratus pervenerit: possit per totum tempus in residuum sui octonarij in Collegio permanere. Volumus etiam, quòd quilibet Collegialis habeat de licētia in quolibet anno

qua-

quatuor menſes ſe à Collegio, abſentandi, quibus poſsit in patria, aut alio loco, res ſuas ſolicitare, aut parentes viſitare. Intra quos quatuor mẽſes teneatur in Collegio adeſſe: qui ſi non affuerit, fiat quod dominus Fundator fieri præcipit in conſtitutione trigeſima prima. Quam licentiam Rectori, & conſiliarijs, & capellanis concedimus. Adjiciẽtes, quòd ſi tanta fuerit inopia & ſterilitas temporis, quòd redditus, & proventus Collegij in tantum (quod abſit) extinuari cõtingat, ut ea quæ dominus Fundator in conſtitutione ſexageſima octava fieri præcipit, exequantur. Tunc ſi aliqui Collegiales ſe libenter à Collegio abſentari voluerint, poſſint à Collegio diſcedere, quouſque Collegium ad pinguiorem fortunã pervenerit, nec tempus illud in ſuo octonario computetur. Quod ſi ſufficiente iam domo, illi qui ſic libenter ſe à Collegio voluerunt abſentare (licentia Rectoris, & conſiliariorum priùs petita & obtenta) per Rectorem, & conſiliarios, ut ad Collegium reddeant, convocentur: intra triginta dies à die quo huiuſmodi convocatio nota fuerit, venire teneantur. Si autem contingat, ipſos non poſſe intra hos triginta dies in Collegio cõparare, teneantur Rectorem, & conſiliarios huiuſmodi detentionis certiores facere: qui ſibi quatuor menſium, quibus quolibet anno ſe poſſint abſentare, licentiam dabunt: qui quatuor menſes in ſuo octonario computentur. Quòd ſi intra hos quatuor menſes Collegio non affuerint, ſubiaceant pœnis, quas Dominus Fundator in conſtitutione trigeſima prima aſsignat, ſervato ordine in eadem conſtitutione à Domino Fundatore taxato. Volumus ſimiliter, quòd volentibus ad hoc Collegium ſe opponere non obſtet, ſi facultas parentum ſummam mille ducatorum non amplius attingerit. Præcipimus etiam, quòd ſi aliquis collega aliquem famulum habuerit, minimè propter hoc ſubtrahãtur ei quæcunque proviſiones pecuniariæ, aut aliàs ſibi debitæ.

ÆSVS COLLEGIALIVM QVALITER, & quantus.



EXTVM ſtatutum. Quia ſtudium literarum inter cætera laborioſiſsimũ eſt, & viribus, & robore tàm corporis, quàm animæ eget, iuxta portionem ordinariam ſtatuimus, quòd in principio prandij, & cœnæ, & ſimiliter in fine fructus detur. Carnes verò, aut piſces pro tota die dentur in ea quantitate, cui media macellaria carnium Arietinarum æquivalet: & valorem ipſius nullo modo excedant. Hæc portio ſolùm duplicetur in prandio ſcilicet, Paſchatis Reſurrectionis, & Penthecoſtes, & in feſto dedicationis capellæ Colle-

Collegij,& in die,qua principium studij celebratur,& prima die Ianuarij, cum sit novi Rectoris electio. In festo tamen Nativitatis Redemptoris nostri,& in die dominico ante carnis privium divisio fiat inter duos unius gallinæ solummodo in prandio,in tertia autem feria eius dem hæbdomadæ eadem gallinarum divisio fiat tàm in prandio,quàm in cœna.

DE CELEBRATIONE DIVINO-rum officiorum.

SEPTIMVM statutum. Quia decet viros scholasticos ab omni cura literarum studio impendenti liberos esse, iuxta hoc providere volentes, statuimus,& ordinamos,quòd Collegiales,aut capellani nullo modò teneantur dicere horas vespertinas,nec matutinas,nec aliquod officium etiam in hæbdomada Sancta,præter matutinas primorum dierum, scilicet, Nativitatis Domini, Resurrectionis,Penthecostes,& die festi corporis Christi, Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis. Ne tamen rei sacræ devotio omnino depereat, & animabus Fundatoris,& suorum benefactorum defraudetur. Præcipimus quòd ultra quinque anniversaria, quæ à Domino Fundatore cantare iubentur,& ultra anniversarium omnium fidelium defunctorum, loco horarum vespertinarum, & matutinarum ab omnibus cantentur devotè in quolibet anno tempore, scilicet, vaccationis tria anniversaria pro animabus Fundatororis, & benefactorum suorum, & tunc quilibet Collegialis, & capellanus teneatur dicere devotè pro eisdem animabus horas defunctorum. Volumus etiam, quòd tres missæ horarum trium anniversariorum non sint de numero duarum, quæ quotidie dicuntur,quas tres Missas capellani, aut Collegiales Sacerdotes cantare teneantur, prout Rectori visum fuerit. Missas verò omnes,quæ infestis à populo servatis à Domino Fundatore cantare præcipiuntur,recitentur in tono diei,præcipimus præter festa Domini nostri,& Dominæ nostræ, quæ arbitrio Rectoris relinquimus, in diebus à populo minimè observatis, omnes Missæ quæ à Domino Fundatore inbentur cantari,recitentur: dempta prima Missa cuiuslibet sabbari, quæ de Domina nostra, in tono semper dicatur:& Missa dedicationis capella Collegij,quæ cum horis matutinis,& vespertinis cantando celebretur.

DE PRAEDICATIONE, ADVOCAtione, & exemptione à clericatu, & egreſſu ſine ſotio, & prandio fõris.

CTAVVM ſtatutum. Quia ſcholaſticis ſacræ theologiæ operam indulgentibus utiliſsimum, & mirum in modum ſalutare eſt, nonnunquàm verbum Dei prædicare, volumus, & ſtatuimus, quòd tàm Collegialibus, quàm capellanis ſit permiſſum in qualibet Eccleſia toties quoties Rector, & conſiliarij viderint expedire, prædicare. Et in hac re ſummopere hortamur Rectorem, & conſiliarios, ut maximè circunſpiciat ne nocumentum aliquod ex tali prædicatione iuxta principalius ſtudium Collegialibus reportetur, cúm referant ipſam licentiam præbere. Nam ut in multis experti ſumus, appetitus prædicandi ſæpe ſtudium theologicum retardavit: quod in conſcientia Rectoris, & conſiliariorum cautiùs providendum, & dicernendum relinquimus. Iuriſtis eadem ratione ad advocandam licentiam concedimus, ſervatis tamen ſervandis, uti iuxta prædicationem theologorum ſervandum eſſe diſpoſuimus, ſcilicet, ut ſtudium detrimentum non patiatur. Volumus præterea, quòd huius Collegij Collegiales tàm theologi, quàm canoniſtæ (exceptis quatuor capellanis, qui neceſſariò præsbiteri eſſe tenentur tempore ſuæ receptionis) aliquo iuramento non aſtringantur, quo ſub ſtatu clericali ordinis Sancti Petri, aut cuiuſvis alterius approbatæ Religionis permanere teneantur. Et illos, qui ſecundùm tenorem conſtitutionis 17. domini Fundatoris iuraverunt, ſe in ordine Sancti Petri, ſeu alterius approbatæ Religionis permanore, dicto iuramento abſolvimus, & tenore præſentium relaxamus. Volumus etiam, quòd ad prhdicandum nullus addire ſolus, ſed bene duntaxat ęquitando ſolum nullo commitante ſotio ire permittimus. Et ſi fortè ab eo loco, in quo ſermonem habuit, ſive cauſa negotij, ſive gratia de ambulandi, ad aliquem locum tendenit, pro prima vice (re comperta Rectori, & conſiliarijs) portione unius menſis ſit protinús privatus, pro ſecunda vice trium menſium, pro tertia ſex menſium, & ſic creſcente contumatia, ſemper duplicetur pœna. Prurſus negamus licentiam prandendi, aut cœnandi extra Collegium cuivis, qui ſolus (ut dictum eſt) diſceſſerit ad prædicandum, ſi non ſit in monaſterio virorum religioſorum, & ſi quis ſecús fecerit, incidat in pœnas in hac conſtitutione poſitas.

DE

DE LVDO ET INSTRVMENTOrum pulsatione, & alijs.



NONVM statutum. Volumus, & statuimus, quòd tempore opportuno ubi studij nullum impedimentum subsequatur, liceat cuivis de Collegio ludere, his videlicet ludis, qui nullã inhonestatem præse ferunt, quod circunspitiendum Rectori, & consiliarijs, & eorum conscientias onerantes relinquimus. Et pulsatione instrumentorum pariformiter uti permittimus, licet Rector maximé attendat, quandò deceat Collegiales uti tàm ludo, quàm instrumentorum pulsatione. At si quis inhonestè, aut negligenter se habuerit in his, posśit Rector cum consiliarijs eum graviter punire: præmissa tamen benigna monitione, & in ipsum sic delinquentem repræhensione, nolumus propter talem pulsationem aliquem in pœnam perjurij incidere. Nullus etiam incidat in periurium, si ad mensam singularem escam portaverit, quod si absque licentia Rectoris (quę sine causa legitima concedi non debeat alicui) afferre talem escam aliquis presumpserit, pro prima vice portione trium dierum, pro secunda sex dierum, pro tertia quindecim dierum privatus existat: & sic crescente cõtumatia crescat pœna. Per singularem autem escam intelligimus, aut fructum, aut quodlibet aliud, quod præter communem portionem in refectorium portetur. Simili modo nolumus, aliquem in pęnam perjurij, aut excommunicationis incurrere; si in via nominalium lectionem aliquam legere cõtingat, ab eisdem pœnis audientes, si forsam aliqui fuerint, etiam excludimus. Nullus etiam fit perjurus, si in Bibliotheca sine licentia Rectoris, aut Bibliothecarij aliquem intromisserit. Et noctu causa studij quivis de Collegio candellam posśit secum afferre. Rector etiam & vicerector in periurium, aut excommunicationem non incidat, si mulam, aut aliud iumentum ultra spatium unius horæ intra Collegium, aut ipsius ambitum detinere permisserit. Neque aliquis portione sex mensium privatus existat, si mulam, aut ipsum iumentum detinuerit, sed si aliquod detrimentũ ex tali detentione subsecutum fuerit, impensis ipsius detinentis resarciatur. Nolumus similiter, quòd Rector incidat in periurium, si ultra viginti horas retinuerit summam centum dipondiorum, quam summam, aut ea maiorem poterit solus Rector ab œconomo, vel quovis alio recipere, neque ob id ipse Rector, aut dans huiusmodi summam pecuniarum in periurium incidant. De quibuscunque autem pecunijs minimè posśit Rector aliquid consumere, nec in propriam, nec Collegij utilitatem, donec in arca (ut à domino Fundatore in cõstitutione 18. dispositum

positum est)reponantur,& si contrarium à Rectore factum esse contingat, in reatum perjurij incidat. Nollumus etiam, aliquem in periurium, aut excommunicationem incidere propter commissionem, vel transgressionem declarationum, seu determinationum visitatorum, & ita eisdem visitatoribus potestatem imponendi periurium, aut excommunicationem alicui de Collegio in suis determinationibus, seu sententijs,quas in fine visitationis servandas relinquerint, totaliter adimimus. Volumus præterea,quòd Collegiales tempore visitationis non teneantur dare cedulas visitatoribus, sed ore proprio visitatoribus, ea quæ in Collegio reformanda fuerint,nuntient, & ea visitatores manu propria scribant.

DE OBSERVANTIA HORVM statutorum.

DECIMVM statutum.Ordinamus, & statuimus,ut hæc nostra imò verius Apostolica statuta inconcusse observentur, quòd omnes Collegiales,& capellani tàm præsentes, quàm futuri sint,antea quam recipiantur, iurent in missali aperto per sacra Dei Evangelia,& intemeratam Virginem Mariam se inviolabiliter observaturos has nostras constitutiones,& nunquam in sui derogationē eruntsive per se,vel per aliam interpositam personam,neque per literas Apostolicas,neque per quamcunque aliam viam, neque ab eorū observatione desistent;neque relaxationem iuramenti unquàm petierint,quantuncunque aliquæ personæ super ipsorum observatione eos molestare intenderint.Et si forté aliquis Collegialis, vel capellanus tàm receptus,quàm recipiendus has nostras constitutiones iurare noluerit, aut differre iuramentum intenderit,aut in iurandoexcusationes aliquas afferat,ipso facto omni iure, quod ad Collegium habet, sit privatus, & Rector & consiliarij expulsionem non exequentes sint reatu periurij, & excomunicationis obnoxij. Et si fortè visitatores tempore visitationis, aut extra præsumpserint,hæc nostra statuta revocare, aut annullare, aut non observare,in pœnam excommunicationis latæ sententiæ incidant, & ipsorum mandatum in hac parte nullo modo teneatur. Et si quis Collegialium,aut capellanorum super hoc obtemperare voluerit, protinùs de Collegio omni cunctatione postposita irremissibiliter expellatur per Rectorem,& consiliarios. Et si fortè (quod absit)maior pars Collegij,aut omnes absque timore animarum in tali revocatione obedierint,

dierint, præcipimus, præter pœnā periurij, & excommunicaitonis maioris in quam incidant ipso facto, teneantur in foro conscietiæ ex illa hora restituere Collegio quidquid de bonis ipsius consumpserint, donec ad obseruationem horum statutorum simpliciter omni fraude remota reddierint. Sed & dominos visitatores obsecramus, ut in tempore visitationis ita intendant in obseruatione horum statutorum, sicut in obseruatione statutorum reuerendi domini Magistri Roderici, dummodo talia statuta his nostris non contradixerint. Aduertantque domini visitatores quantúm, pro temporis qualitate, commodi, honoris, præeminẽtiæ, dignitatis ex his paucis statutis Collegio consurgat, & supercrescat, quæ in gubernatione huius sacri Collegij condidimus: circunspeximus, & summum remedium ipsius, & utilitatem, præ oculis semper habentes quid foret utile, & necessarium pro administratione huius Collegij Sanctæ Mariæ de IESV: quorum tutela freti, ea quæ instituimus, ad ipsorum laudem & honorem, Rectori, & Collegialibus, & capellanis tàm in præsenti existentibus, quàm in futuro sub pœnis supra positis seruare mandamus.



NDECIMVM statutum. Consulentes tàm animarum saluti, quam huius sacri Collegij administrationi, & perpetuę gubernationi, volumus, & mandamus, quód omnia statuta, que reuerẽdus dominus Magister Rodericus, declarationes etiam, & sententiæ visitatorum tantùm vigoris retineant, quantúm dominus Fundator, & declarantes habere permittunt. Quod volumus intelligi in illis duntaxat, quæ his nostris statutis non contradicant, & nullo modo obiare videantur. Et omnia periuria, censuræ, excommunicationes, & quæ vis aliæ pœnæ per dominum Fundatorem taxatæ, suum vigorem pœnitùs obtineant, nisi in illis locis, in quibus talia periuria, excommunicationes, & censuras, & pœnas irritasse, & nullum valorem habere voluimus in his nostris statutis. Quæ omnia statuta in Collegij honorem, & utilitatem in perpetuúm mansura authoritate Apostolica nobis concessa, qua in hac parte fungimur, sancimus, statuimus; approbamus, roboramus, pronunciamus, promulgamus, & declaramus secundùm temporis qualitatem variè perfluentem, in honorem Christi IESV, & eius gloriosissimæ Virginis Mariæ Matris, qui prosperum euentum ceptis tribuere dignentur, quem speramus, siquidem sub tantis nominibus tàm felix initium hæc sua domus assumpsit.

SVMMARIVM

QVARVNDAM LITERARVM Apostolicarum.



EDITIS IAM AC PROMVLGATIS A felicis recordationis domino Roderico statutis, & constitutionibus(lapso tamen aliquo tempore) Rector & Collegiales considerantes aliqua ex dictis statutis, & constitutionibus pro melliori gubernatione mutari,tolli, & emendari: aliqua etiam addi necessariò debere,literas in forma brevis directas obtinuerunt. Quibus Martino Navario Canonico Hispalensi statuta huiusmodi reformãdi,tollendi,& emendandi,alia etiam addendi (prout ei expedire videretur(extitit concessa facultas. Qua præfatus Martinus hæc suprapo sita edidit statuta. Verùm cùm aliquis Collegialium mentibus scrupulus esset in iectus,quód dictus Martinus facultatem sibi circa præmissa concessam excesserit:pro suarum conscientiarum serenitate prænominata statuta authoritate Apostolica probari,& confirmari petierunt. In super cùm unicuique Collegialium pro ordinaria portione, singulis diebus sexdecim untias carniũ, & in diebus quibus carnibus vesci prohibitum est,valorem dictæ mediæ libræ carnium pro ovis, vel piscibus, vel alijs cibis erogari in constitutione tricesima septima fuerit sancitum, fuit item facta petitio,prædictam portionem in quatuor untijs quolibet die carnium,& earum valore pro piscibus,ovis, aut alijs cibis emendis augeri. Vlterius;quoniam Ildefonsus à Campos Archidiaconus de Almuñecar in Ecclesia Granatensi, & Canonicus Hispalensis, in testamento, & codicilis per eum conditis, Collegium hæredem suum universalem instituit,ea conditione ut bonis omnibus hæreditarijs venditis,annui redditus pro dicto Collegio emerentur;& Collegium pro singulis duodecim millibus marapetinis annuatim, singulos Collegiales eius nomine(ultra numerum per dictum Fundatorem stautum(recipere teneatur. Quod Rector,& Collegiales (qui tunc aderant) acceptavere:& pro eius voluntatis implemento certa summa annuorum redditũum iam empta, & duo Collegiales, ac unus capellanus recepti fuerant,petierunt similiter reliquam summam annuorum redditũum in salaria trium, vel quatuor, aut plurium cathedrarum diversarum facultatum converti. Quibus sic (prolixius tamen) expositis Rector, & Collegiales tàm pro conformandis statutis à Navarro conditis, quam pro augenda portione,& voluntate dicti Ildefonsi commutanda literas

de Canonicum Magistralem Ecclesiæ Hispalensis,& ad Franciscum de Cuesta,eiusdem Ecclesiæ Canonicum,& ad officialem provisorem Hispalensem,sub datis Romæ apud Sanctum Petrum,sub sigillo officij pœnitentiarij 2.nonis Aprilis,Pontificatus domini Pauli tertij anno 2. impetrarunt.Quarum literarum authoritate unus prædictorum à quibusuis Ecclesiasticis sententijs,censuris,& pœnis (si quas forsam Collegiales incurrerant)primò absolvit.Secundò edita à Magistro Navarro statuta roboravit, confirmavit,ac perpetuo,& inviolabiliter observanda stabilivit.Tertiò quatuor untias carnium auxit, ita ut de cætero 20. untiæ carnium sive vacinarum,sive vitulinarum,sive vervecinarum,sive etiam porcinarum arbitrio Rectoris pro tempore erogentur. Et diebus,quibus vesci carnibus non licet,valor dictarum quatuor untiarum pro ovis, piscibus,aut alijs cibis augeatur:in alijs cibis, & fructibus (quos ante & post pastum dari ordinatum est)immutata & firma prædicta constitutione permanēte.Quartò annuos redditus ex dicti Ildefonsi bonis emptos(deductis necessarijs pro sustētatione dictorum duorum Collegialiū, & unius capellani,qui perpetuò eius nomine sunt eligēdi)in salaria quatuor cathedrarum cum Rectore,& consiliarijs hoc pacto commutavit. Pro una cathedra iuris pontificij sex millia marapetinorum. Pro altera institutionum iuris cæsarei totidem sex millia. Pro altera Apolineæ facultatis totidem sex millia. Pro altera artium & philosophiæ duodecim millia miriadum.Præterea ex dictis redditibus salaria ad cathedras primarias theologiæ,& iuris pontificij à Fundatore erectas auxit. Pro theologiæ cathedra quatuor millia marapetinorum,sic ut decem millia erogentur.Pro iuris pontificij duo millia addidit,ita ut octo millia singulis annis conferantur.

Ista autem voluntatis commutatio ea conditione, & lege fuit permissa,& facta:quòd Collegium pro anima dicti Ildefonsi à Campos unum anniversarinm(quod est unum nocturnum defunctorum) in vesperis primæ Dominicæ post festum divi Lucæ: & die sequenti Missam solemnem cum ministris,& habita ad populum contione,& responsum supra sepulturam singulis annis in perpetuum statuti vi celebrare teneatur.Quod à præsignato die anni 1538. exordium habuit. Horum omnium in arca Collegij,& in quodam pergameneo constitutionum codice,authenticæ extant scripturæ,& testimonia.

CERE-

CEREMONIAS QVE DEVEN GVARDAR LOS SEÑORES Rector, vice Rector, Colegiales, y Familiares deste Colegio mayor de Santa Maria de Iesvs, Vniverſidad de Seuilla.

Titvlo Primero
De las que ſe han de guardar en el Colegio.

PRIMERAMENTE, el ſeñor Rector eſtarà muy recogido y ſaldrà poco de ſu apoſento en publico, y con los Colegiales no tratarà muy particular, ni domeſticamente, porq̃ de aqui reſulta perderſe el reſpeto, y decoro; y las ocaſiones q̃ pueden cauſar eſto, ſe han de huyr, y no puede aver puntual obſervancia de ceremonias con mucha familiaridad: antes deve proceder con prudẽte llaneza, y valor; y el ſeñor Rector no ſalga de ſu camara Rectoral, ni ande por la caſa ſin un Familiar, o el portero, o a falta dellos con un Colegial, a que acudirà el mas nuevo de los preſentes.

2 El ſeñor Rector no ſe levante de la ſilla, quando algun Colegial entrare, ſolo ſe quite el bonete, y tenga cuydado de dezirle, que ſe ſiẽte y ſe cubra (ſi el caſo lo pidiere, aviendo de eſtar mucho tiempo) y eſtando el ſeñor Rector ſentado, quando ſe juntan a capilla, ningun Colegial q̃ entrare ſe ſiente haſta q̃ el ſeñor Rector lo mande, y para ſalir de la capilla, han de aguardar q̃ el ſeñor Rector los deſpida, ſino es cõ neceſsidad corporal, y pedida licẽcia al ſeñor Rector. En capilla todos eſtẽ muy cõpueſtos, callados, y con decencia, metidas las manos en ſus mangas, y ningu no hable haſta q̃ por ſu antiguedad llegue ſu vez, y orden de votar ſobre lo propueſto, y por el ſeñor Rector, y en la miſma forma quando algun Colegial entrare a viſitar al ſeñor Rector en qualquiera parte q̃ eſtuviere no ſe puede ſentar, ni cubrirſe, haſta que el ſeñor Rector lo mande.

3 El ſeñor Rector guarde la forma de las conſtituciones del dicho Colegio en el modo de proponer qualquiera coſa, proponiendo el caſo lo que ſe ha de tratar, y en la propoſicion refiera las razones que ſe le ofrecieren por una y otra parte, apuntando los inconvenientes que le pareciere aver por ambas, ſin que en ellas mueſtre voluntad determinada, ni aficion particular a lo que ſe inclina, porque dexe votar con libertad,

ſin que les obſte correſponder con el beneplacito del ſeñor Rector, y cõ eſto ſe eſcuſaràn peſadumbres,emulaciones,y quexas,con que ſuele per turbarſe la paz del Colegio.

4 El ſeñor Rector,quando algunos eſtraños entraren a viſitarle,guarde ſu autoridad,ó decencia,haziendo la corteſia devida a cada uno conforme ſu calidad,porque ſi fuere ſeñor de titulo,Arçobiſpo,Oydor,o Inquiſidor de Sevilla,o Fiſcal deſtas Audiencias,o Iuez de la Contratació, o Conſejero de ſu Mageſtad de qualquiera parte,ha de ſalir acompañãdoles haſta el corredor primero fuera del cancel, y no ha de paſſar de alli;y ſi fueren otras perſonas, al que mas corteſia ſe ha de hazer ſea haſta la puerta del cancel,ſin ſalir fuera della,y de alli adentro cõ los demas ſegun ſu calidad,y con ninguno de qualquiera calidad que ſea uſe dexar ſu ſilla,porque inviolablemente no ſe ha de dar a nadie(aunque la ofrezca por corteſia)y lo miſmo ſe guarde en el aſsiento del coro, y del examen de Licenciado,y en el clauſtro dando los grados. Eſto tiene falencia con los viſitadores del Colegio, ſolamente en el tiempo que vienen a viſitar,que entonces el ſeñor Rector (ſalvo la primera vez que vienen, que aun no ha aſſentado la juridicion)ſale con el Colegio a recebirlos, y a acompañarlos,quando ſe van,y a uno dellos dà ſu ſilla. Ha de eſtar advertido el ſeñor Rector,que quando le vẽgan a viſitar perſonas de autoridad(como eſtà dicho)ha de apercebir algunos Colegiales,para que le acompañen a la entrada,y ſalida,con que avrà mejor color de no acõpañar el ſeñor Rector por ſu perſona.

5 Ningun Colegial pueda paſſearſe donde lo vea el ſeñor Rector,y lo meſmo ha de guardar con el mas antiguo,ſino fuere paſſeandoſe con el ſeñor Rector,o con otro mas antiguo que el que lo vè, y paſſeandoſe jũtos el ſeñor Rector,y otro Colegial,u dos Colegiales,ſiempre ha de andar al lado de la pared el ſeñor Rector,o el mas antiguo; y ſiempre que paſſare el ſeñor Rector,ſe arrimarà a la pared qualquiera Colegial que lo viere.

6 A el ſeñor Rector ſe le guarda, y ha de guardar mucha corteſia, y reſpeto,y en ſu preſencia ningun Colegial lea cartas,ni libros,ni eſcriva, ni dè,ni reciba recaudos,y la miſma corteſia,preeminencias,y juriſdiciõ que tiene el ſeñor Rector,ſe le deven al ſeñor vice Rector,y toma el miſmo lugar(ſalvo en el refitorio.

7 El ſeñor Rector el Viernes Santo en la noche,deſpues de cerrada la puerta del Colegio,antes de hazer collacion junta, el Colegio, y juntos todos en ceremonia,conoce ſus faltas,y pide perdon; y hecho eſto ſe levanta de ſu ſilla,ó todos,començando el mas antiguo , y yendo a ſu lugar cada uno los abraça,y deſpues hazen todos la miſma ceremonia,co-

men-

mençando el antiguo.yendo al lugar de cada uno los abraça, desde el señor Rector hasta el mas nuevo.
8 El señor Rector,quando el Colegio entierra algun Colegial, lleva un sombrero como de Inquisidor sobre el bonete,y los demas Colegiales con sus bonetes en la forma ordinaria,y todos las vecas cruzadas dado un nudo sobre el ombro yzquierdo,de suerte,que una parte de la veca cayga delante,y otra atras,y los Colegiales lleven el difunto hasta la sepultura.
